Hic calix novum teſtamentum eſt, &c. *1. Cor.* 51. 25

Vituperans enim eos dicit: Ecce dies venient, dicit Dominus: & conſummabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Juda teſtamentum novum. *Hebr.* 8. 8

Et ideo novi teſtamenti mediator eſt: ut morte intercedente in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento, repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æternæ hereditatis. *Ibid.* 9. 15. Galat. 3. 15

Hoc autem teſtamentum, quod teſtabor ad illos poſt dies illos, dicit Dominus; dando leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum ſuperſcribam eas: & peccatorum, & iniquitatum eorum jam non recordabor amplius. *Ibid.* 10. 16. Cap. 13. 20

TITULUS V.

Novum cælum & nova terra poſt mundi innovationem.

Ecce enim ego creo cælos novos & terram novam: & non erunt in memoria priora, & non aſcendent ſuper cor. *Iſa.* 65. 17

Quia ſicut cæli novi, & terra nova, quæ ego facio ſtare coram me, dicit Dominus: ſic ſtabit ſemen veſtrum & nomen veſtrum. *Ibid.* 66. 22

Novos vero cælos, & novam terram ſecundum promiſſa ipſius expectamus, in quibus juſtitia habitat. 2. *Pet.* 3. 13

Et vidi cælum novum & terram novam. *Apoc.* 21. 1

TITULUS VI.

Nubes.

Variis locis. Nubes *tabernaculum operit* Exod. 40. 34. 35. Num. 9. 15. *Deus in nube apparet Moyſi* Exod. 19. 9. & 16. c. 24. 15. 16. *item* c. 33. 9. Num. 11. 25. 12. 10. *Deus in nube ſuper oraculo apparitu us* Levit. 16. 2. *nubes rore concreſcunt* Prov. 3. 20. *Nubes in occaſu orta pluviæ ſignum.* Luc. 12. 54. Matth. 16. 2. *Nubis candida viſio.* Apoc. 14. 14

TITULUS VII.

Nuditas.

Nuditas ſpiritualis.

Prohibe pedem tuum a nuditate. *Jerem.* 2. 25

Eras nuda & confuſione plena: *Ezech.* 16. 7. *Vide &* v. 22. & 39. Cap. 23. 29. Nahum 3. 5. Oſeæ 2. 3

Et neſcis, quia tu es miſer & miſerabilis & pauper, & cæcus, & nudus, &c. *Apoc.* 3. 17

Beatus qui vigilat, & cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem ejus. *Ibid.* 16. 15

Nudi veſtiendi. Vide & Miſericordia.

Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque induc in domum tuam; cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. *Iſa.* 58. 7. Ezech. 18. 7. Tob. 1. 20. Matth. 25. v. 35. & 38

TITULUS VIII.

Nuntius.

Nuntius bonus.

Legatus autem fidelis, ſanitas. *Prov.* 13. 17

Sicut frigus nivis in die meſſis, ita legatus fidelis ei, qui miſit eum, animam ipſius requieſcere facit. *Ibid.* 25. 13

Aqua frigida animæ ſitienti, & nuntius bonus de terra longinqua. *Ibid.* v. 25

Nuntii boni Exempla.

Variis locis. Rebecca. Gen. 24. 28. *Rachel.* c. 29. 12. *Filii Jacob* c. 45. 26. *Juda* c. 46. 28. *Uxor Manue* Judic. 13. 10. *Jonathas & Achimaas* 2. Reg. 6. 12. & c. 17. 21. *Nuntius Eliſei* 4. Reg. 5. 10. *Leproſi* c. 7. 10. *Nuntius Ezechiæ.* 2. Paral. 30. 6. *Ancilla Annæ* Tob. 8. 16. *Uxor Tobiæ* c. 11. 6. *Mulieres reſurrectionem Chriſti annuntiantes.* Matth. 28. 8. *Angelus* Luc. 2. 10. *ſeptuaginta Diſcipuli* c. 10. 17. *Rhode* Actor. 12. 14. *Petrus ibid.* v. 16

Nuntius malus.

Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, ſic piger his, qui miſerunt eum. *Prov.* 10. 26

Nuntius impii cadet in malum. *Ibid.* 13. 17

Claudus pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium ſtultum. *Ibid.* 26. 6

Nuntii mali, triſtis, & infelicis Exempla.

Variis locis. Cham Gen. 9. 22. *Rebecca* c. 27. 42. *Juda* c. 38. 24. *Jacob* c. 37. 32. *Joſepho* c. 48. 2. *Pharaoni* Exod. 14. 5. *Regi Jerichuntis* Joſ. 2. 2. *Siſaræ* Judic. 4. 12. *Joathan* 9. 7. *Viri de Benjamin* 1. Reg. 4. 12. *Uxori Phinees* ibid. v. 19. *Samuelis* c. 15. 12. *Jonathas* cap. 19. 2. *Saul* cap. 24. 2. *Unus de pueris* c. 25. 14. *Amalecita* 2. Reg. 1. 19. *Joab.* c. 3. 23. *Filii Remmonis* c. 4. 8. *David* c. 10. 5. & c. 12. 18. & c. 15. 31. *Chuſi* c. 18. 32. *Gad* c. 24. 13. *Salomoni* 3. Reg. 2. 29. & 41. *Achab* cap. 19. 1. *Miniſtri viri Dei* 4. Reg.

Reg. 6. 15. *Regi Aſſyriorum* c. 17. 26. *Eliacim &c.* c. 18. 37. *Nuntii Joſaphat* 2. Paral. 20. 2. *relictis captivis* 2. Eſdr. 1. 3. *Eunuchi* Eſther 4. 4. *Nuntii Jobi* Job 1. 14. &c. Iſajas, c. 38. 1. *Nuntii Iſraelitarum* 1. Mach. 9. 14. *alius Nuntius triſtis* cap. 16. 21. *Diſcipuli Joannis* Matt. 14. 12. *Principis Synagogæ* Luc. 8. 49

TITULUS IX.

Nuptiæ.

Nuptiæ celebrantur, & Salvator noſter convivio earumdem non dedignatus eſt intereſſe.

Inito convivio veſcentes pariter & bibentes manſerunt ibi. *Gen.* 24. 54

Qui vocatis multis amicorum turbis ad convivium, fecit nuptias. *Ibid.* 29. 22

Deſcendit itaque Pater ejus ad mulierem, & fecit filio ſuo Samſon convivium: ſic enim juvenes facere conſueverant. *Judic.* 14. 10

Et die tertia nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ: & erat mater Jeſu ibi. Vocatus eſt autem & Jeſus, & Diſcipuli ejus ad nuptias. *Joan.* 2. 2

O

TITULUS I.

Obedientia.

Obediendum Deo ejuſque præceptis, & quæ obedientibus conſtituta ſit merces.

Hominem Deus volens ſub obedientia vivere, etiam in ſtatu innocentiæ, ſtatim ut conditus eſt, ipſum præceptis adſtrinxit, & eum contra obedientiam viventem ſevere punivit. Gen. 2. & 3. c.

Prompte obedivit Noe Domino in omnibus, quæ ei facienda præcepit tempore inſtantis diluvii. Ibid. 7. 5. *&c. Vide præcipue* cap. 6. 22. & Hebr. 11. 7

Abraham Dei mandato parens, promiſſaque accipiens, patria relicta, comitante Loth Domino, in Sichem ſacrificavit. Gen. 12

Dixit iterum Deus ad Abraham: Et tu ergo cuſtodies pactum meum, & ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis. *Ibid.* 17. 9

Vocavit autem Angelus Domini Abraham ſecundo de cælo dicens: Per memetipſum juravi, dicit Dominus: quia feciſti hanc rem, & non pepercisti Filio tuo Unigenito propter me: benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & velut arenam, quæ eſt in litore maris: poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum. Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obediſti voci meæ. *Ibid.* 22. 15. Exod. 7. 6

Præceptum Dei de circumciſione, quamvis eſſet grave & inſolitum, non diſtulit Abraham implere uſque in craſtinum. Ibid. 17. 23

Abraham præceptum Dei de immolatione filii ſine mora exequi voluit; conſidera mirabilem ejus obedientiam. Ibid. 22. 1. Actor. 7. 4. Hebr. 11. 8. & 17

Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, eo quod obedierit Abraham voci meæ, & cuſtodierit præcepta & mandata mea, & cæremonias legeſque ſervaverit. *Ibid.* 26. 4. Gen. 28. 7

Timuerunt autem obſtetrices Deum, &c. *& ideo benefecit illis Deus. Exod.* 1. 17

Si audieris (*ait Dominus ad Moyſen*) vocem Domini Dei tui, & quod rectum eſt coram eo feceris, & obedieris mandatis ejus, cuſtodierisque omnia præcepta illius, cunctum languorem quem poſui in Ægypto, non inducam ſuper te: ego enim ſum Dominus ſanator tuus. *Ibid.* 15. 26

Si ergo audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea eſt enim omnis terra. Et vos eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta. *Ibid.* 19. 5

Et faciens miſericordiam in millia his, qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea. *Ibid.* 20. 6

Quod ſi audieris vocem ejus, & feceris omnia quæ loquar, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. *Ibid.* 23. 22. *Vide &* v. 25. *&c.*

Cuſtodite leges meas, atque judicia, & facite ea: ne & vos evomat terra, quam intraturi eſtis, & habitaturi. *Levit.* 20. 22

Si in præceptis meis ambulaveritis, & mandata mea cuſtodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluvias temporibus ſuis. Et terra gignet germen ſuum, & pomis arbores replebuntur. *Ibid.* 26. 3. v. 11

Filii Iſrael per deſertum ambulantes ad imperium Domini erigebant tentoria, & ad imperium ejus deponebant. Num. 9. 18

Cuſtodi præcepta ejus atque mandata, quæ ego præcipio tibi: ut bene ſit tibi, & filiis tuis poſt te, & permaneas multo tempore ſuper terram, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi. *Deut.* 4. 40. Cap. 7. *per totum, &* Cap. 11. *per totum.*

Dominum Deum veſtrum ſequimini, & ipſum timete, & mandata illius cuſtodite, & audite vocem ejus; ipſi ſervietis, & ipſi adhærebitis. *Ibid.* 13. 4. Gen. 35. 4

Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis ſicut me ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus: ipſum audies, &c. *Deut.* 18. 15. Qui autem verba ejus, quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego ultor exiſtam. v. 19

Obſerva diligenter ne incurras plagam lepræ, ſed facies quæcumque docuerint te Sacerdotes Levitici generis, juxta id quod præcepi eis, & imple ſollicite. *Ibid.* 24. 8. *Idem* Cap. 27. 10

Si autem audieris vocem Domini Dei tui, ut facias atque cuſtodias omnia mandata ejus, quæ ego præcipio tibi hodie, faciet te Dominus Deus tuus excelſiorem cunctis gentibus, quæ verſantur in terra, &c. *Ibid.* 28. 1. Aperiet Dominus theſaurum ſuum optimum, cælum, ut tribuat pluviam terræ tuæ in tempore ſuo: benedicetque cunctis operibus manuum tuarum. Ibid. v, 12

Quia tranſgreſſus eſt Achan mandatum Joſue, populus in prælio fuit ſuperatus, & ipſe poſtea a populo lapidatus. Joſue 7

Si timueritis Dominum, & ſervieritis ei, & audieritis vocem ejus, & non exaſperaveritis os Domini: eritis & vos, & Rex, qui imperat vobis, ſequentes Dominum Deum veſtrum. Si autem non audieritis vocem Domini, &c. erit manus Domini ſuper vos, & ſuper patres veſtros. 1. *Reg.* 12. 14

Saul offerens holocauſtum, contra mandatum Samuelis, reprobatus eſt. 1. *Reg.* 13. 1

Melior eſt enim obedientia, quam victimæ. *Ibid.* 15. 22. Eccleſ. 4. 17

Prædixit Dominus Salomoni, quod ſi faceret omnia, quæ præceperat ei, poneret thronum ejus regni in ſempiternum: ſi autem averteretur, & non cuſtodiret ejus mandata, auferet Iſrael de ſuperficie terræ. 3. *Reg.* 9. 4. 2. Paral. 7. 17

Cum ad mandatum Eliſei Naaman indignatus abiret, dixerunt ei ſervi ſui: Pater, & ſi rem grandem dixiſſet tibi Propheta, certe facere debueras. 4. *Reg.* 5. 13

Dixit autem Dominus ad Jehu: Quia ſtudioſe egiſti, quod rectum erat, & placebat in oculis meis, & omnia quæ erant in corde meo, feciſti contra domum Achab: filii tui uſque ad quartam generationem ſedebunt ſuper thronum Iſrael. 4. *Reg.* 10. 30

Tu quoque (*Salomon*) ſi ambulaveris coram me, ſicut ambulavit David pater tuus, & feceris juxta omnia quæ præcepi tibi, & juſtitias meas, judiciaque ſervaveris: ſuſcitabo thronum regni tui, ſicut pollicitus ſum David patri tuo, dicens, Non auferetur de ſtirpe tua vir, qui ſit princeps in Iſrael. Si autem averſi fueritis, & dereliqueritis juſtitias meas, & præcepta mea, quæ propoſui vobis, & abeuntes ſervieritis Diis alienis, & adoraveritis eos, evellam vos de terra mea, quam dedi vobis, & domum hanc, quam ſanctificavi nomini meo, projiciam a facie mea, & tradam eam in parabolam, & in exemplum cunctis populis. 1. *Paral.* 7. 17

Tobias junior, auditis exhortationibus patris, reſpondit: Omnia quæcumque præcepiſti mihi, faciam pater. *Tob.* 5. 1

Quidquid enim ille præcipiebat (*Mardochæus*) obſervabat Eſther: & ita cuncta faciebat, ut eo tempore ſolita erat, quo eam parvulam nutriebat. *Eſther.* 2. 20

Audi fili mi, diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ. *Prov.* 1. 8. Qui autem me audierit, abſque terrore requieſcet, & abundantia perfruetur, timore malorum ſublato. *Prov.* 1. 8

Auris, quæ audit increpationes vitæ, in medio ſapientium commorabitur. *Ibid.* 15. 31. Iſa. 55. 2

Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. *Iſa.* 1. 19

Utinam attendiſſes (*increpat Dominus Judæorum ingratitudinem, hypocriſim, atque duritiam*) mandata mea: facta fuiſſet ſicut flumen pax tua, & juſtitia tua ſicut gurgites maris. Et fuiſſet quaſi arena ſemen tuum, &c. *Ibid.* 48. 18

Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus: & ambulate in omni via, quam mandavi vobis, ut bene ſit vobis. Et non audierunt, nec inclinaverunt aurem ſuam: ſed abierunt in voluntatibus, & in pravitate cordis ſui mali: factique ſunt retrorſum, & non in ante, &c. *Jere.* 7. 23. *Idem habetur verbatim* Cap. 11. 4. Cap. 17. 24

Exemplo obedientiæ Rechabitarum præcepta patris ſui licet dura ſervantium, expoſtulat Dominus de pertinaci Judæorum inobedientia adverſus ipſius præcepta, quapropter his prænuntiat Dominus mala, illis autem bona. *Ibid.* 35. Dan. 3. 16

Jonas inſipienter refugiebat obedire Domino præcipienti, ut iret ad prædicandum in Ninive, ſed refugiendo devenit, quo Dominus miſerat. Jonæ 1. 2. & 3

Mathathias dixit nuntio regis Antiochi: & ſi omnes obediunt regi, Ego, & filii mei & fratres mei obediemus legi patrum noſtrorum. 1. *Mach.* 2. 20

Hæc enim omnia propter mandatum Dei fiunt. *Eccli.* 35. 7

Cum hæc illa adhuc diceret, ait adoleſcens: Quem ſuſtinetis? Non obedio præcepto regis, ſed præcepto legis, quæ data eſt nobis per Moyſen, *& alius dixit*: Parati ſumus mori magis, quam patrias Dei leges prævaricari. 2. *Mach.* 7. 30. v. 2

Et ait illis: Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum. At illi continuo relictis retibus ſecuti ſunt eum. *Matth.* 4. 19

Omnis

Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificat domum ſuam ſupra petram — & omnis, qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, &c. *Matth.* 7. 24. 8. 21. 15. 3

Et ecce vox de nube, dicens: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite. *Ibid.* 17. 5. 25. 3. Luc. 5. 4. Joan. 27. Actor. 4. 19.

Deſcendebat puer Jeſus cum Maria & Joſeph in Jeruſalem, & erat ſubditus illis. *Luc.* 2. 51. Vide & c. 5

Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. *Ibid.* 10. 16

Et nos ſumus teſtes horum verborum, & Spiritus ſanctus, quem dedit Deus omnibus obedientibus ſibi. *Actor.* 5. 32. Rom. 16. 19

Principes ſacerdotum comminati ſunt Petro & Joanni, ne ultra loquerentur in nomine Jeſu; *qui reſponderunt eis*: Si juſtum eſt in conſpectu Dei vos potius audire, quam Deum, judicate. Non enim poſſumus, quæ vidimus & audivimus non loqui. *Ibid.* 4. 19

Obedire oportet Deo magis, quam hominibus. *Ibid.* 5. 29

Saulus in terram proſtratus, audiens verba Jeſu Nazareni, prompte ait: Domine, quid me vis facere? *Ibid.* 9. 6

Cornelius dixit Petro: Nunc ergo omnes nos in conſpectu tuo adſumus, (*parati*) audire omnia, quæcumque tibi præcepta ſunt a Domino. *Ibid.* 10. 33

Paulus, electo ſibi Sila in ſocium, perambulabat Syriam & Ciliciam, confirmans Eccleſias; præcipiens cuſtodire præcepta Apoſtolorum, & Seniorum. *Ibid.* 15. 41

Humiliavit ſemetipſum (*Chriſtus*) factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis, &c. *Philip.* 2. 8. Itaque cariſſimi mei (ſicut ſemper obediſtis) non ut in præſentia mei tantum, ſed multo magis nunc in abſentia mea, cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini. Ib. v. 12. 1. Theſſ. 4. 3. c. 5. 18

Animas veſtras caſtificantes in obedientia caritatis, in fraternitatis amore, ſimplici ex corde invicem diligite attentius. 1. *Petr.* 1. 22

Eſtote autem factores verbi, & non auditores tantum, fallentes voſmetipſos. *Jacob* 1. 22. Matth. 7. 21. 24. Rom. 2. 6

Perſeveranter.

QUod cum audiſſet Dominus, ait ad me: Audivi vocem verborum populi hujus, quæ locuti ſunt tibi: bene omnia ſunt locuti. Quis det talem eos habere mentem, ut timeant me, & cuſtodiant univerſa mandata mea in omni tempore, ut bene ſit eis, & filiis eorum in ſempiternum. *Deut.* 5. 28

Ob mali devitationem.

NUmquid vult Dominus holocauſta & victimas, & non potius ut obediatur voci Domini? Melior eſt enim obedientia, quam victimæ: & auſcultare magis, quam offerre adipem arietum. Quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare: & quaſi ſcelus idolatriæ, nolle adquieſcere. 1. *Reg.* 15. 22

Quia vocavi & renuiſtis: extendi manum meam, & non fuit, qui aſpiceret. Deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis. Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cum vobis id quod timebatis, advenerit. *Prov.* 1. 24. Iſa. 65. 12. c. 6. 4.

Quod ſi nolueritis, & me ad iracundiam provocaveritis: gladius devorabit vos. *Iſa.* 1. 20

Numquid non recipietis diſciplinam, ut obediatis verbis meis, dicit Dominus. *Jer.* 7. 13. c. 35. 13

Boni conſecutionem.

EN, propono in conſpectu veſtro hodie benedictionem, & maledictionem: benedictionem, ſi obedieritis mandatis Domini Dei veſtri --- maledictionem ſi non obedieritis, &c. *Deut.* 11. 26

Qui autem me audierit, abſque terrore requieſcet, & abundantia perfruetur, timore malorum ſublato. *Prov.* 1. 33.

Cuſtodi legem, atque conſilium: & erit vita animæ tuæ. *Ibid.* 3. 21

Mens juſti meditabitur obedientiam. *Ibid.* 15. 28

Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. *Iſa.* 1. 19

Audite audientes me, & comedite bonum --- Inclinate aurem veſtram, & venite ad me: audite, & vivet anima veſtra, & feriam vobiſcum pactum ſempiternum. *Ibid.* 55. 2

Obedientiæ exempla.

Variis locis. NOe Gen. 6. 22. & 7. 5. Hebr. 11. 7. *Abraham* c. 17. 23. & 22. v. 3. & 10. & c. 26. 5. Act. 7. 4. Hebr. 11. 8. 17. Jac. c. 28. 5. 7. *Jacobi Familia* 35. 4. *Joſeph* 37. 13. *Moyſes* Exod. 3. 13. & 4. 3. & 7. 6. & 40. 16. *Iſraelitæ* c. 24. 3. & c. 39. v. 31. 42. Num. 1. 54. & 2. 34. & 9. 18. Deut. 34. 9. Joſue 1. 16. 17. 2. Paral. 1. 4. & 24. 21. *Moyſes & Aaron* Exod. 3. 13. & 4. 3. & 7. 6. & 24. 3. *Aaron & ejus Filii* Lev. 8. 36. *David* 1. Reg. 17. 20. *Joſaphat* 4. Reg. 6. 21. 23. *Multitudo* 1. Eſdr. 10. 12. 2. Eſdr. 5. 12. Tob. c. 5. 1. Eſth. c. 2. 10. 20. Iſa. c. 6. 8. *Ezechiæ Regis legati* 36. 21. *Rechabitæ* Jerem. 35. 6. *Mathatias* 1. Machab. 2. 9. 20. *Joſeph Mariæ Virginis Sponſus*

Matth,

Matt. 1. 24. & 2. 14. 21 *Petrus & Andreas*. c. 4. 20 Marc. 1. 18. *Jacobus & Joannes* Matth. 4. 22. Marc. 1. 20 *Matthæus* c. 9. 9 Marc. 2. 14 Luc. 5. 27 *Diſcipuli Chriſti* Matt. 26. 19 Luc. 22. 13 *Apoſtoli* Marc. 16. 20 Luc. 9. 6 Joan. 6. 10 *Deipara Virgo cum viro ſuo Joſeph* Luc. 2. 21. 22. 39. 41 *Chriſtus* Iſa. 50. 5 Luc. 2. 51. Joan. 10. 18 & 12. 49. & 14. 31 & 15. 10 & 17. 4 Phil. 2. 8 Hebr. 5. 8 & 10. 7. *Petrus* Luc. 5. 5 Actor. 10. 33 *Cæcus natus* Joan. 9. 7. *Petrus & Joannes* Actor. 4. 19 & 5. 29 *Paulus* c. 9. 6 *Ananias ibid.* v. 17 *Cornelio Centurio* c. 10. 33. *Romana Eccleſia* Rom. 16. 19 *Corinthiaca Eccleſia* 2. Cor. 7. 13 *Philippenſes* Philipp. 2. 12 *Timotheus* ibid. v. 22 *Theſſalonicenſes* 1. Theſſ. 1. 6 *Sara* 1. Petr. 3. 6

Obedientia inferiorum erga Superiores. Vide Subditorum Officium.

T I T U L U S II.

Objurgatio.

Objurgationes in Eccleſia ſunt neceſſariæ.

QUid vultis: in virga veniam ad vos, an in caritate & ſpiritu manſuetudinis? *1. Cor. 4. 21*

Nam ex multa tribulatione & anguſtia cordis ſcripſi vobis, per multas lacrimas: non ut contriſtemini, ſed ut ſciatis, quam caritatem habeam abundantius in vobis. *2. Cor. 2. 4*

Et nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, magis autem redarguite. *Epheſ. 5. 11. Vide & v. 13*

Omnis ſcriptura divinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum, ad arguendum, &c. 2. *Tim.* 3. 16

Prædica verbum, inſta opportune, importune: argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina: *Ibid.* 4. 2

Objurgationis Exempla.

Variis locis. DEi *ad Adam & Evam* Gen. 3. 11 *Dei ad Cain* 4. 6 *Dei ad Abimelech* 20. 3 *Abimelech ad Iſaacum* 26. 9. *Laban ad Jacobum* 31. 26. *Ruben ad fratres* 42. 22. *Moyſes ad Aaron* Exodi 32. 21. *Angeli Domini ad Iſraelitas* Judic. 2. 1. 2. *Davidis ad Saulem*. 1. Reg. 24. 10. *Davidis ad Abner* 1. Reg. 26. 15. *Nathan ad Davidem*. 2. Reg. 12. 9. *Joab ad Davidem* 2. Reg. 19. 5. *Eliæ ad Achabum* 3. Regum 18. 18. *Eliæ ad Iſraelitas ib.* v. 21. *Eliæ ad Ochoziam* 4. Reg. 1. 16. *Eliſei ad Regem* 4. Reg. 3. 13. *Abiæ ad Jeroboamum* 2. Paral. 13. 5. *Joſaphat ad Achabum*. 2. Paral. 18. 6. *Jehu ad Joſaphath*. c. 19. 2. *Zachariæ ad populum Iſraeliticum*. c. 24. 20. *Prophetæ cujuſdam ad Amaſiam* c. 25. 15. *Sacerdotis ad Oziam*. c. 26. 18. *Nehemiæ ad Optimates Iſraelitarum* 2. Eſd. 5. 7. *Job ad uxorem* Job 2. 10. *Jeremiæ ad populum*. Jerem. 34. 17. *Joannis ad Herodem* Matt. 14. 4. Marci 6. 18. *Chriſti ad Diſcipulos* Matt. 15. 13. & 16. 8. & 19. 14. & 26. 10. Marci 8. 17. & 14. 6. Luc. 8. 25. & 22. 46. 51. Joan. 6. 43. 63. & 12. 7. *ad Petrum* Matt. 16. 23. & 26. 40. 52. Joan. 18. 11. *ad Judæos* Marc. 9. 18. Luc. 9. 41. Joan. 7. 19. *ad Mercenarium* Matt. 20. 13. *ad Turbam* Marc. 7. 18. Joan. 6. 36. *ad Herodianos* Marc. 12. 15. *ad Diſcipulos & ad Petrum* Marc. 14. 37. *ad Scribas & Phariſæos* Luc. 5. 22. & 6. 2. *ad Hypocritas Ib.* v. 41. *ad Phariſæos* Luc. 11. 39. *ad quemdam hominem* c. 12. 14. *ad duos de Diſcipulis* c. 24. 25. *ad Nicodemum* Joan. 3. 10. *ad quemdam regulum* c. 4. 48. *ad Judæos* c. 7. 19. *ad ſervum Pontificis* c. 18. 23. *latronis ad ſocium ſuum* Luc. 23. 40. *Petri ad populum* Actor. 3. 12. *ad Sacerdotes, principes, & Seniores* c. 4. 10. *ad Ananiam & Saphiram* cap. 5. v. 3. & 9. *Stephani ad Judæos* c. 7. 51. *Petri ad Simonem magum*. c. 8. 20. *Pauli ad Elymam magum* c. 13. 10. *Pauli & Barnabæ ad Judæos ib.* v. 46. *ad Lycaones* c. 14. 14. *Pauli ad Ananiam ſacerdotem* c. 23. 3. *ad Nautas* cap. 27. 21. *ad Corinthios* 1. Corinth. 1. 11. & 3. 3. & 6. 1. 2. Corinth. 12. 11. ad Galat. 3. 1. & 5. 7. *ad Hebræos* Hebr. 5. 12.

T I T U L U S III.

Oblatio. Vide & Sacrificium, & Titulum, Deus.

Oblatio omnis debet eſſe ſine vitio aut macula.

SI holocauſtum fuerit ejus oblatio, ac de armento maſculum immaculatum offeret ad oſtium tabernaculi teſtimonii, ad placandum ſibi Dominum. *Levit.* 1. 3. Exod. 29. 10

Quod ſi hoſtia pacificorum fuerit ejus oblatio, & de bobus voluerit offerre, marem ſive feminam, immaculata offeret coram Domino. *Ibid.* 3. 1. Cap. 22. 19

Hæc ſunt ſacrificia quæ offerre debetis: Agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocauſtum ſempiternum. *Num.* 28. 3. Immaculata offeres omnia cum libationibus ſuis. Ib. 31.

Sin autem habuerit maculam, vel claudum fuerit vel cæcum, aut in aliqua parte deforme, vel debile, non immolabitur Domino Deo tuo. *Deut.* 15. 21

Noli offerre munera prava, non enim ſuſcepit illa. *Eccli.* 35. 14

Cumque compleveris expians illud, offeres vitulum de armento immaculatum, & arietem de grege immaculatum. *Ezech.* 43. 23

Maledictus doloſus, qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debile Domino: quia rex magnus, ego, dicit Dominus exercituum, & nomen meum horribile in Gentibus. *Malach.* 1. 14. *Vide etiam* v. 8

Oblationes Deo gratæ cælitus accenduntur.

ABel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum: & reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus. *Gen.* 4. 4. Cap. 8. 20. c. 15. 17

Apparuitque gloria Domini omni multitudini: & ecce egreſſus ignis a Domino devoravit holocauſtum, & adipes qui erant ſuper altare, &c. *Levit.* 9. 23. *Vide &* Judic. 6. 21. Cap. 13. 19

Cecidit autem ignis Domini, & voravit holocauſtum & ligna, & lapides, pulverem quoque, & aquam quæ erat in aquæductu lambens. 3. *Reg.* 18. 38

Et ædificavit ibi altare Domino: obtulitque holocauſta, & pacifica, & invocavit Dominum, & exaudivit eum in igne de cælo ſuper altare holocauſti. 1. *Par.* 21. 26

Cumque compleſſet Salomon fundens preces, ignis deſcendit de cælo, & devoravit holocauſta, & victimas: & majeſtas Domini implevit domum. 2. *Par.* 7. 1. 2. Mach. 1 22

Sicut & Moyſes orabat ad Dominum, & deſcendit ignis de cælo, & conſumpſit holocauſtum, &c. 2. *Mach.* 2. 10

Oblationes quotidianæ.

HOc eſt, quod facies in altari: Agnos anniculos duos per ſingulos dies jugiter, unum agnum mane, & alterum veſpere. *Exod.* 29. 38

Hæc ſunt ſacrificia quæ offerre debetis: Agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocauſtum ſempiternum. *Num.* 28. 3. 1. Eſd. 3. 2

Oblatio pro defunctis.

ET facta collatione, dudecim millia drachmas argenti miſit (*Judas Machabæus*) Jeroſolymam offerri pro peccatis mortuorum ſacrificium, bene & religioſe de reſurrectione cogitans, &c. 2. *Mach.* 12. 43

Oblationes propriorum filiorum.

DE ſemine tuo non dabis, ut conſecretur idolo Moloch, nec pollues nomen Dei tui, ego Dominus. *Levit.* 18. 21

Hæc loqueris filiis Iſrael, (*ait Dominus Moyſi*) Homo de filiis Iſrael & de advenis qui habitant in Iſrael, ſi quis dederit de ſemine ſuo idolo Moloch, morte moriatur: populus terræ lapidabit eum. *Ibid.* 20. 2

Non facies ſimiliter Domino Deo tuo. Omnes enim abominationes, quas averſatur Dominus, fecerunt diis ſuis, offerentes filios & filias, & comburentes igni. *Deut.* 12. 31

Ne inveniatur in te, qui luſtret filium ſuum, aut filiam, ducens per ignem: aut qui Ariolos ſciſcitetur, & obſervet ſomnia atque auguria. *Ibid.* 18. 10. Judic. 11. 34. 39

Arripienſque (*Rex Moab*) filium ſuum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocauſtum ſuper murum: &c. 4. *Reg.* 3. 27

Sed ambulavit in via Regum Iſrael: Inſuper & filium ſuum (*Achaz*) conſecravit, transferens per ignem, ſecundum idola gentium: quæ diſſipavit Dominus coram filiis Iſrael. *Ibid.* 16. 3. *Idem verbatim*. 2. Paral. 28. 3

Servieruntque Baal, & conſecraverunt (*filii Iſrael*) filios ſuos & filias ſuas, per ignem: & divinationibus inſerviebant, & auguriis: & tradiderunt ſe, ut facerent malum coram Domino, ut irritarent eum. *Ibid.* 17. 16

Et traduxit (*Manaſſes*) filium ſuum per ignem, & ariolatus eſt, & obſervavit auguria, & fecit pythones, & aruſpices multiplicavit, &c. *Ib.* 21. 6

Et immolaverunt filios ſuos, & filias ſuas dæmoniis. *Pſ.* 105. 37. Iſa. 57. 5. *repetuntur eadem.*

Et ædificaverunt (*filii Iſrael*) excelſa Topheth, quæ eſt in valle filii Ennom: ut incenderent filios ſuos, & filias ſuas igni: quæ non præcepi, nec cogitavi in corde meo. *Jerem.* 7. 31

Et ædificaverunt excelſa Baalim ad comburendos filios ſuos igni: in holocauſtum Baalim: quæ non præcepi, nec locutus ſum, nec aſcenderunt in cor meum. *Ibid.* 19. 5

Et tuliſti (*Jeruſalem*) filios tuos, & filias tuas, quas generaſti mihi: & immolaſti eis ad devorandum. Numquid parva eſt fornicatio tua? Immolaſti filios meos, & dediſti, illos conſecrans eis. *Ezech.* 16. 20. v. 36. *Idem* cap. 20. 31. Cap. 23. 37

Oblationum convivia cum gaudio celebrantur.

OBtulit ergo Jethro cognatus Moyſi holocauſta, & hoſtias Deo: veneruntque Aaron & omnes ſeniores Iſrael, ut comederent panem cum eo coram Deo. *Exod.* 18. 12. Gen. 31. 46

Surgenteſque mane (*filii Iſrael*) obtulerunt holocauſta, & hoſtias pacificas, & ſedit populus manducare, & ſurrexerunt ludere. *Ibid.* 32. 6. Num. 25. 2

Et immolabis hoſtias pacificas comedeſque ibi, & epulaberis coram Domino Deo tuo. *Deut.* 27. 7. 1. Reg. 1. 4. c. 9. 12. 18. 5

Igitur evigilavit Salomon, & intellexit, quod eſſet ſomnium: cumque veniſſet Jeruſalem, ſtetit coram Arca fœderis Domini, & obtulit holocauſta, & fecit victimas pacificas, & grande convivium univerſis famulis ſuis. 3. *Reg.* 3. 15. 2. Reg. 15. 12. 3. Reg. 1. 9

Et comederunt, & biberunt coram Domino in die illo (*in ædificio templi Jeruſalem*) cum grandi lætitia. 1. *Paral.* 29. 22

Oblationes impiorum.

FActum eſt autem poſt multos dies, ut offerret Cain de fructibus terræ munere Domino. *Gen.* 4. 3

Tulit autem de præda populus oves & boves, primitias eorum quæ cæſa ſunt, ut immolet Domino Deo ſuo in Galgalis. 1. *Reg.* 15. 21

Sacrificium & oblationem noluiſti: aures autem perfeciſti mihi. Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti. *Pſal.* 39. 7. Ibid. 49. 7

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem utique: holocauſtis non delectaberis. *Ib.* 50. 18. Eccli. 34. 21

Victimæ impiorum abominabiles Domino: vota juſtorum placabilia. *Prov.* 15. 8

Hoſtiæ impiorum abominabiles, quia offeruntur ex ſcelere. *Ibid.* 21. 27

Et noli inſpicere ſacrificium injuſtum, quoniam Dominus Judex eſt, & non eſt apud illum gloria perſonæ. *Eccli.* 3. 15. Iſa. 43. 23

Ut quid mihi thus de Saba affertis, & calamum ſuaveolentem de terra longinqua: holocautomata veſtra non ſunt accepta, & victimæ veſtræ non placuerunt mihi. *Jere.* 6. 20. Iſa. 1. 10. 61. 8. 66. 3

Cum jejunaverint, non exaudiam preces eorum: & ſi obtulerint holocautomata, & victimas, non ſuſcipiam ea; quoniam gladio, & fame, & peſte conſumam eos. *Ib.* 14. 11

Hoſtias offerent, immolabunt carnes, & comedent, & Dominus non ſuſcipiet eas: non recordabitur iniquitatis eorum, & viſitabit peccata eorum: ipſi in Ægyptum convertentur. *Oſea* 8. 13

Non libabunt Domino vinum, & non placebunt ei: ſacrificia eorum quaſi panis lugentium, &c. *Ibid.* 9. 4

Quod ſi obtuleritis (*Iſraelitis loquitur Dominus*) mihi holocautomata & munera veſtra, non ſuſcipiam: & vota pinguium veſtrorum non reſpiciam. *Amos* 5. 22. Mich. 6. 7

Et intuliſtis de rapinis claudum, & languidum, & intuliſtis munus: numquid ſuſcipiam illud de manu veſtra, dicit Dominus. *Malach.* 1. 13. *Vide & v.* 7

Euntes autem diſcite, quid eſt: Miſericordiam volo, & non ſacrificium: Non enim veni vocare juſtos, ſed peccatores (*ad pœnitentiam*). *Matt.* 9. 13. Marc. 12. 33. Matt. 12. 7

Ideo ingrediens mundum dicit: Hoſtiam & oblationem noluiſti: corpus autem aptaſti mihi: holocautomata pro peccato non tibi placuerunt. *Hebr.* 10. 5. Pſalm. 39. 7

T I T U L U S IV.

Oblivio.

Oblivio beneficiorum. Vide Beneficia.

Obliviſcendum numquam eſt Dei.

OBſerva, & cave, ne quando obliviſcaris Domini Dei tui. *Deut.* 8. 11

Deum, qui te genuit, dereliquiſti, & oblitus es Domini creatoris tui. *Ibid.* 32. 18

Obliviſcor de Deo humanitus dictum.

S*I tu Deus* recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, &c. 1. *Reg.* 1. 11

(*Deus*) non eſt oblitus clamorem pauperum. *Pſal.* 9. 13. *Vide &* Pſal. *eodem* v. 11

Uſquequo Domine obliviſceris me in finem. *Ibid.* 12. 1. Pſal. 41. 10. 43. 24. 73. 15. *&* v. 23. 76. 10. Iſa. 44. 21. c. 49. 14. 15. Thren. 5. 20

Voca nomen ejus Abſque miſericordia: quia non addam ultra miſereri domui Iſrael, ſed oblivione obliviſcar eorum. *Oſea* 1. 6. Cap. 4. 6

T I T U L U S V.

Obſcuritas.

Obſcuritas ſumitur pro cæcitate ſpirituali.

OBſcurentur oculi eorum, ne videant. P*ſal.* 68. 24. Rom. 11. 10

Et obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. *Rom.* 1. 21

Tenebris obſcuratum habentes intellectum, &c. *Epheſ.* 4. 18

T I T U L U S VI.

Obſecratio.

Sumitur pro deprecatione.

UT reſpicias orationem ſervi tui, & obſecrationem ejus. 2. *Paral.* 6. 19. *Vide & Verſum* 35.

Domine exaudi orationem meam: auribus percipe obſecrationem meam. *Pſal.* 142. 1

Et hæc vidua --- non diſcedebat de templo, jejuniis & obſecrationibus ſerviens nocte ac die. *Luc.* 2. 37

Quare diſcipuli Joannis jejunant frequenter, & obſecrationes faciunt. *Ib.* 5. 33

Fratres, voluntas quidem cordis mei, & obſecratio ad Deum, fit pro illis in ſalutem. *Rom.* 10. 1. *Vide &* 1. Tim. 2. 1

Pro

Pro oratione.

NEc eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris. *Deut.* 4. 7

Reliqua autem geſtorum Manaſſe: & obſecratio ejus ad Deum ſuum. 2. *Paral.* 33. 18

Pro petitione.

D*Aniel* tribus temporibus per diem *orabat* obſecratione ſua. *Dan.* 6. 13

Et in ipſorum obſecratione pro vobis. 2. *Cor.* 9. 14

Pro ſupplicatione.

CUm obſecrationibus loquetur pauper; & dives effabitur rigide. *Prov.* 18. 23

Aſſumite & gladium ſpiritus (quod eſt verbum Dei) per omnem orationem & obſecrationem orantes omni tempore. *Epheſ.* 6. 17

In omni oratione & obſecratione, cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum. *Philip.* 4. 6

Vere vidua inſtet obſecrationibus, & orationibus nocte ac die. 1. *Tim.* 5. 5

T I T U L U S VII.

Obſequium.

Sumitur pro cultu divino.

VEnit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo. *Joan.* 16. 2

Qui ſunt Iſraelitæ, quorum adoptio eſt filiorum, & gloria, & teſtamentum, & legiſlatio, & obſequium, & promiſſa. *Rom.* 9. 4

Rationabile (*ſit*) obſequium veſtrum. *Ibid.* 12. 1

Pro Officio ſeu functione & miniſterio divino.

Et obſequii mei oblatio accepta fiat in Jeruſalem Sanctis. *Rom.* 15. 31

Obſervatio Legis. Vide Lex.

T I T U L U S VIII.

Obſtetrix.

Obſtetricum uſus longe antiquiſſimus.

DIxitque ei obſtetrix (*ad Rachel*): Noli timere, quia & hunc habebis filium. *Gen.* 35. 17

In ipſa effuſione infantium, unus protulit manum, in qua obſtetrix ligavit coccinũ, &c. *Ib.* 38. 27,

Obſtetricum in Ægypto pietas.

Timuerunt autem obſtetrices Deum, & non fecerunt juxta præceptum regis. *Exod.* 1. 17

T I T U L U S IX.

Obſtinatio & Duritia cordis.

Obſtinatio cavenda.

CIrcumcidite igitur præputium cordis veſtri, & cervicem veſtram ne induretis amplius. *Deut.* 10. 16

Hodie, ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra. *Pſal.* 64. 8 Hebr. 3. 8

Vir impius procaciter obfirmat vultum ſuum: qui autem rectus eſt, corrigit viam ſuam. *Prov.* 21. 29. 2. Paral. 30. 8

Secundum autem duritiam tuam impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis juſti judicii Dei. *Rom.* 2. 5

Mali autem homines & ſeductores, proficient in pejus. 2. *Tim.* 3. 13

Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Optimum eſt enim gratia ſtabilire cor. *Heb.* 13. 9

Obſtinationis pœna.

QUod ſi nolueritis, & me ad iracundiam provocaveritis: gladius devorabit vos, quia os Domini locutum eſt. *Iſa.* 1. 20

Hæc dicit Dominus ---: Ecce ego inducam ſuper civitatem hanc, & ſuper omnes urbes ejus univerſa mala, quæ locutus ſum adverſus eam, quoniam induraverunt cervicem ſuam, ut non audirent ſermones meos. *Jerem.* 19. 15. Zach. 7. 13. Baruch 2. 8

Væ provocatrix & redempta civitas - - Non audivit vocem, & non ſuſcepit diſciplinam, &c. *Soph.* 3. 1. *Vide* 2. Paral. 36. 16. Amos 4. 6. Matt. 23. 37. Ezech. 6. v. 4. & 11

Obſtinationis & prævaricationis Exempla.

D*Ixit Dominus ad Cain:* Quare iratus es? & cur concidit facies tua? *ſed poſt increpationem, quam fecit Dominus, peior fuit, & fratricidium perpetravit.* Gen. 4. 6

Induratumque eſt cor Pharaonis, & non audivit eos, ſicut præceperat Dominus. *Exod.* 7. 13. *Vide &* v. 22. & 32. *immo a* cap. 5. *uſque ad* 10. *nam cor ipſius neque per blandimenta, quæ primo dixit Moyſes ex parte Domini, nec per dura flagella potuit emolliri.* Exod. 32. 9

Filii Iſrael dicuntur a Domino populus duræ cervicis, *ut patet etiam* Exod. 32. 9. Lev. *pluribus locis.*

Heli ſermonibus ſuis filios corripuit, ſed nihil eis profuit. 1. Reg. 2. 23

Samuel

Samuel prædixit populo conditiones regis eorum valde graves, & quod hoc diſpliceat Domino, & tamen noluerunt deſiſtere ab incepto. 1. *Reg.* 8. 4

Non per verba Jonathæ, nec per beneficia a David recepta cor Saul ad diligendum ipſum potuit provocari. *Ibid.* 18

De Nabal dicitur] *erat* durus, & peſſimus, & malitioſus. *Ibid.* 25. 3

Obſtinate nimis Aſahel perſequebatur Abner. 2. *Reg.* 2. 18

Qui non audierunt, ſed induraverunt cervicem ſuam juxta cervicem patrum ſuorum, qui noluerunt obedire Domino Deo ſuo. Et abjecerunt legitima ejus, & pactum, &c. 4. *Reg.* 17. 14

Mittebatque Prophetas, ut reverterentur ad Dominum, quos proteſtantes illi audire (*eos*) nolebant. 2. *Paral.* 24. 19 *Vide &* v. 21.

Fecitque (*Sedecias*) malum in oculis Domini Dei ſui, nec erubuit faciem Jeremiæ Prophetæ, loquentis ad ſe ex ore Domini --- & induravit cervicem ſuam & cor, ut non reverteretur ad Dominum Deum Iſrael. Sed & univerſi principes ſacerdotum & populus prævaricati ſunt inique, &c. *Ibid.* 36. 12. *Vide &* cap. 30

Renuerunt accipere diſciplinam: induraverunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reverti. *Jerem.* 5. 3

Sermonem, quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiemus ex te. *Ibid.* 44. 16.

Fili hominis, mitto ego te ad filios Iſrael, ad gentes apoſtatrices, quæ receſſerunt a me: ipſi & patres eorum prævaricati ſunt pactum meum uſque ad diem hanc. Et filii dura facie, & indomabili corde ſunt. *Ezech.* 8. 3

Et noluerunt attendere, & averterunt ſcapulam recedentem, & aures ſuas aggravaverunt, ne audirent. Et cor ſuum poſuerunt ut adamantem, ne audirent legem &c. *Zach.* 7. 11. 12. Baruch 2. 7. 8. Amos 4. 5

Jeruſalem, Jeruſalem, quæ occidis Prophetas --- quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti. *Matt.* 23. 37. Luc. 13. 34

Dura cervice, & incircumciſis cordibus & auribus, vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis, &c. *Act.* 7. 51

TITULUS X.

Obtrectatio & Obtrectator.

Obtrectatio damnatur.

NOn eris criminator, nec ſuſurro in populo. *Lev.* 19. 10

Prohibe linguam tuam a malo: & labia tua ne loquantur dolum. *Pſal.* 33. 14. *Vide &* Pſ. 14. 3

Detrahentem ſecreto proximo ſuo: hunc perſequebar. *Ibid.* 100. 5. *Vide &* Pſalm. 119. 2

Vir linguoſus non dirigetur in terra. *Ibid.* 139. 12

Remove a te os pravum, & detrahentia labia ſint procul a te. *Prov.* 4. 24

Timor Domini odit malum: arrogantiam, & ſuperbiam, & viam pravam, & os bilingue deteſtor. *Ibid.* 8. 13

Cogitatio ſtulti peccatum eſt: & abominatio hominum detractor. *Ibid.* 24. 9

Time Dominum, fili mi, & cum detractoribus non commiſcearis. *Ibid.* v. 21

Ne ſis teſtis fruſtra contra proximum tuum: nec lactes quemquam labiis tuis. *Ib.* v. 2. 28

Ventus aquilo diſſipat pluvias, & facies triſtis linguam detrahentem. *Ibid.* 25. 23

Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit. *Eccleſ.* 10. 11

In cogitatione tua regi ne detrahas, & in ſecreto cubiculi tui ne maledixeris diviti. *Ib.* v. 29

Detractores (*ſunt*) Deo odibiles. *Rom.* 1. 30

Timeo enim, ne forte cum venero, (*inquit Paulus*), non quales volo, inveniam vos --- ne forte --- detractiones ſint inter vos. 2. *Cor.* 12. 20

Mulieres ſimiliter pudicas, non detrahentes, ſobrias, fideles in omnibus. 1. *Tim.* 3. 11. Tit. 3. 2. Jacob. 1. 26. cap. 2. 3

Nolite detrahere alterutrum fratres. Qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem ſuum, detrahit legi, &c. *Jacob.* 4. 11

Deponentes igitur omnem malitiam --- & omnes detractiones. 1. *Petr.* 2. 1

Obtrectationis & detractionis Exempla.

Variis locis. *Filii Laban.* Gen. 31. 1 *Uxor Putipharis* c. 39. 14. 17. *Maria & Aaron* Num. 12. 1. 2 *Exploratores terræ* Num. 14. 36 *Multitudo* c. 16. 41 *Filii Belial* 1. Reg. 10. 27 *Doeg Idumæus* c. 22. 9 *Principes Hanon.* c. 29. 3 *Philiſthæi* c. 29. 4 *Principes Amonitarum* 2. Reg. 10. 3 *Abſalon* c. 15. 3 *Siba* c. 16. 3 *Rehum cum ſociis* 1. Eſd. 4. 13 *Ancilla Raguelis* Tob. 3. 7 *Aman* Eſth. 3. 8 *Principes Juda* Jerem. 38. 4 *Chaldæi quidam* Dan. 3. 12 *Danielis hoſtes* c. 6. 13 *Alcimus cum viris iniquis* 1. Mach. 7. v. 5. 6. 25 *Simon* 2. Mach. 3. 5 & c. 4. 1 *Alcimus* 14. 5. 6 &c. *Phariſæi* Matth. 9. 11 *Judæ* c. 11. 18 Luc. 19. 7 Joan. 7. 12 & 8. 48 & 9. 16. 24. 28 *Domini famulæ Pythoniſſæ* Act. 16. 20 *Judæi Theſſalonicenſes* c. 17. 7 *Epicurei & Stoici Philoſophi ibid.* v. 18 *Judæi Corinthii* c. 18. 13. & 19. 9 *Judæi Aſiatici* cap. 21. 28 *Barbari* cap. 28. 4. *Vide & Accuſationis & falſo accuſatorum exempla.*

T I-

TITULUS XI.

Occaſio.

Occaſio oblata non eſt prætermittenda.

PRo hac orabit ad te omnis ſanctus, in tempore opportuno: verumtamen in diluvio aquarum multarum, ad eum non approximabunt. *Pſal.* 31. 6

Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra. *Ibid.* 94. 8

Quodcumque facere poteſt manus tua, inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quo tu properas. *Eccleſ.* 9. 19

Quærite Dominum, dum inveniri poteſt: invocate eum, dum prope eſt. *Iſa.* 55. 6

Date Domino Deo veſtro gloriam antequam contenebreſcat, & antequam offendant pedes veſtri ad montes caliginoſos: expectabitis lucem, & ponet eam in umbram mortis, & in caliginem. *Jerem.* 13. 16. *Vide &* c. 21. 12

Dum autem irent (*Virgines fatuæ*) emere (*oleum*), venit ſponſus, & quæ paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt janua --- *Matt.* 25. 10. Vigilate itaque, quia neſcitis diem neque horam. Ib. v. 13

Contendite intrare per anguſtam portam: quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt. Cum autem intraverit pater familias, & clauſerit oſtium, incipietis foris ſtare, & pulſare oſtium, &c. *Luc.* 13. 24

Venient dies, quando deſideretis videre unum diem Filii hominis, & non videbitis. *Ibid.* 17. 22

Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur, & abundabit. *Ibid.* 19. 26

Quæretis me, & non invenietis. *Joan.* 7. 34. *Vide &* c. 8. 21

Adhuc modicum lumen in vobis eſt. Ambulate dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant: & qui ambulat in tenebris, neſcit, quo vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis ſitis. *Ibid.* 12. 25

O homo peccator! An divitias bonitatis ejus, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? ſecundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis juſti judicii Dei, qui reddet unicuique ſecundum opera ejus. *Rom.* 2. 4

Tu autem fide ſtas: noli altum ſapere, ſed time, &c. --- *nam* Vide ergo (*in te*) bonitatem --- Dei --- ſi permanſeris in bonitate, alioquin & tu excideris, &c. *Ibid.* 11. 20

Sollicitudine non (*ſitis*) pigri *Ibid.* 12. 21. Odientes malum, adhærentes bono --- ſpiritu ferventes, &c. v. 9.

Et hoc ſcientes tempus: quia hora eſt jam nos de ſomno ſurgere: Nunc enim proprior eſt noſtra ſalus, quam cum credidimus. Nox præceſſit, dies autem appropinquavit: abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die honeſte ambulemus, &c. *Ibid.* 13. 11

Adjuvantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudivi te, & in die ſalutis adjuvi te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. 2. *Cor.* 6. 1. *Conf.* Iſa. 49. 8

Ergo dum tempus habemus, operemur bonum, &c. *Gal.* 6. 10

Sed ut ſapientes: redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. *Epheſ.* 5. 16. Coloſſ. 4. 5

Propterea abundantius oportet obſervare nos ea, quæ audivimus, ne forte pereffluamus. *Hebr.* 2. 1

Sed adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, donec Hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccati, &c. *Ibid.* 3. v. 13. & 15. *item* v. 7. *item* c. 4. 7

Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ: ut miſericordiam conſequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno. *Ibid.* 4. 16

Scitote enim, quoniam (*Eſau poſt venditionem primogenituræ*) & poſtea cupiens hereditare benedictionem, reprobatus eſt; non enim invenit pœnitentiæ locum: quamquam cum lacrimis inquiſiſſet eam. *Ibid.* 12. 17. Gen. 27. 38

TITULUS XII.

Occiſio.

Occiſio vide & Homicidium.

Occiſio hominis juridica.

IN ore duorum aut trium teſtium peribit, qui interficietur. Nemo occidatur, uno contra ſe dicente teſtimonium. Manus teſtium prima interficiet eum, & manus reliqua populi extrema mittetur: ut auferas malum de medio tui. *Deut.* 17. 6. c. 19. 15

Fortuita.

QUod ſi fortuito, & abſque odio, & inimicitiis quidquam horum fecerit, (*occiderit ferro, aut ligno, aut lapide,*) & hoc audiente populo fuerit comprobatum, atque inter percuſſorem, & propinquum ſanguinis quæſtio ventilata: liberabitur innocens de ultoris manu, &c. *Num.* 35. 22

Qui

Qui percuſſerit proximum ſuum neſciens, & qui heri & nudiuſtertius nullum contra eum odium habuiſſe comprobatur: ſed abiiſſe cum eo ſimpliciter in ſylvam, ad ligna cædenda, & in ſuccisione lignorum ſecuris fugerit manu --- amicum ejus percuſſerit, & occiderit: hic ad unam ſupradictarum urbium confugiet, & vivet. *Deut.* 19.4

T I T U L U S XIII.

Occultum crimen proximi non revelandum.

AUdiſti verbum adverſus proximum tuum? commoriatur in te, fidens quoniam non te dirumpet. *Eccli.* 19. 10

Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & non inveniet amicum ad animum ſuum. *Ibid.* 27. 17. Quod ſi denudaveris abſconſa illius (*proximi tui*,) non perſequeris poſt eum. v. 19. Denudare autem amici myſteria, deſperatio eſt animæ infelicis. Ib. v. 24.

T I T U L U S XIV.

Oculus ſimplex & rectus.

DA Altiſſimo ſecundum datum ejus, & in bono oculo adinventionem facito manuum tuarum. *Eccli.* 35. 12

Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex: totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam: totum corpus tuum tenebroſum erit. *Matt.* 6. 22. *Idem verbatim.* Luc. 11. 34

Oculus malus ſumitur pro invidia.

AN oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? *Matt.* 20. 15

Ab intus enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia --- oculus malus &c. *Marc.* 7. 21. *Conf.* Deut. 15. 9

Item pro affectibus inordinatis.

QUod ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, &c. *Matt.* 5. 29. Cap. 18. 9. Marc. 9. 46

Quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. 1. *Joan.* 2. 16

Oculus nequam.

VIdentes filii Dei filias hominum quod eſſent pulcræ, acceperunt ſibi uxores ex omnibus, quas elegerant. *Gen.* 6. 2

Homo apoſtata, vir inutilis, graditur opere perverſo, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pravo corde machinatur malum, & omni tempore jurgia ſeminat. *Prov.* 6. 12

Unus eſt, & ſecundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non ceſſat, nec ſatiantur oculi ejus divitiis: *hoc magna vanitas ſub ſole.* *Eccleſ.* 4. 8

Nequam eſt oculus lividi: & avertens faciem ſuam, & deſpiciens animam ſuam. Inſatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis: non ſatiabitur donec conſumat areſaciens animam ſuam. *Ibid.* 14. 8

Memento quoniam malus eſt oculus nequam. *Ibid.* 31. 14

Si oculus tuus fuerit ſimplex: totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam: totum corpus tuum tenebroſum erit. *Matt.* 6. 22. Luc. 11. 34

Furtum, avaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus malus, blaſphemia, ſuperbia, ſtultitia. Omnia hæc mala ab intus procedunt, & communicant (*ſcilicet coinquinant*) hominem. *Marc.* 7. 22. 1. Joan. 2. 16

Oculi Dei & Filii Dei.

SInt oculi tui, (*mi Deus*) aperti ſuper domum hanc nocte ac die. 3. *Reg.* 8. 29. Iſaiæ 1. 15. cap. 3. 8

Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum. *Pſalm.* 32. 18

In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos. *Prov.* 15. 3. Zach. 4. 10

Domine oculi tui reſpiciunt fidem. *Jerem.* 5. 3

Ecce oculi Domini Dei ſuper regnum peccans (*ut conterat*). *Amos* 9. 8

Mundi ſunt oculi tui (*Deus*) ne videas malum: & reſpicere ad iniquitatem non poteris. *Habac.* 1. 13

Et non eſt ulla creatura inviſibilis in conſpectu ejus (*Dei*); omnia autem nuda & aperta ſunt oculis ejus. *Hebr.* 4. 13

Quia oculi Domini ſuper juſtos, & aures ejus in preces eorum: vultus autem Domini ſuper facientes mala. 1. *Petr.* 3. 12

Caput autem ejus, & capilli erant candidi tamquam lana alba, & tamquam nix, & oculi ejus tamquam flamma ignis. *Apoc.* 1. 14

Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos tamquam flammam ignis, & pedes ejus ſimiles aurichalco. *Ibid.* 2. 18. Cap. 5. 6

Oculi autem ejus ſicut flamma ignis, & in capite ejus diademata multa, habens nomen ſcriptum, quod nemo novit niſi ipſe. *Ibid.* 19. 12

Oculi Angelorum.

Horribilis (*eorum*) aſpectus, & totum corpus oculis plenum. *Ezech.* 1. 18

Et omne corpus (*eorum*), & colla, & manus, & pennæ, & circuli, plena erant oculis. *Ibid.* 10. 12. Apoc. c. 4. v. 6. & 8

Et corpus ejus quaſi Chryſolithus, & facies ejus velut ſpecies fulguris, & oculi ejus ut lampas ardens. *Dan.* 10. 6

Oculorum cuſtodia quantopere ſit neceſſaria ne peccetur.

VIdit igitur mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulcrum oculis, aſpectu delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit: deditque viro ſuo, qui comedit. *Gen.* 3. 6

Videntes filii Dei filias hominum, quod eſſent pulcræ, acceperunt ſibi uxores ex omnibus, quas elegerant. *Ibid.* 6. 2

Ex eo quod Cham filius Noe vidit verenda patris, & ipſum nudatum eſſe fratribus nuntiavit, maledictionem patris incurrit. Ibid. 9. 22

Abraham dixit Sarai uxori ſuæ: Novi quod pulcra ſis mulier: & quod cum viderint te Ægyptii dicturi ſunt --- & interficient me, & te reſervabunt. *Ibid.* 12. 11

Quam (*ſc. Dinam filiam Liæ*) cum vidiſſet Sichem filius Hemor Hevæi, princeps terræ illius, adamavit eam: & rapuit, & dormivit cum illa, vi opprimens virginem: *Et ſic volens videre regionis mulieres Dina, ipſa viſa & corrupta fuit. Ibid.* 34. 2

Judas vidit Thamar in bivio, & cum ipſa peccavit. Ibid. 38. 15

Domina cui ſerviebat Joſeph, oculos in eum injecit, & quanta hinc venere mala. Ibid. 39. 7

Dum hæc agerentur (*ſcilicet obſiderant Rabba civitatem*) accidit ut ſurgeret David de ſtratu ſuo poſt meridiem, & deambularet in ſolatio domus regiæ: viditque mulierem (*ſcilicet Berſabeam*) ſe lavantem, ex adverſo ſuper ſolatium ſuum: erat autem mulier valde pulcra, &c. 2. *Reg.* 11. 2

Abſalom propter inceſtum cum ſorore Thamar, fratrem Ammon occidit, irateque patre profugus ad regem Geſſur tribus annis ibi permanſit. Ibid. 13

Pepigi fœdus cum oculis meis ut ne cogitarem quidem de virgine. *Job* 31. 1

Averte oculos meos, ne videant vanitatem. *Pſ.* 118. 37

Præbe, filii mi, cor tuum mihi: & oculi tui vias meas cuſtodiant. *Prov.* 23. 26

Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur perverſa. *Ibid.* v. 33

Virginem ne conſpicias, ne forte ſcandalizeris in decore illius. *Eccli.* 9. 5

Noli circumſpicere in vicis civitatis, nec oberraveris in plateis illius. *Ibid.* v. 7

Averte faciem tuam a muliere compta, & ne circumſpicias ſpeciem alienam; *nam* Propter ſpeciem mulieris multi perierunt; & ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit. *Ibid.* v. 8. Vide & v. 2. & 3

Ne reſpicias in mulieris ſpeciem, & non concupiſcas mulierem in ſpecie, &c. *Ibid.* 25. 28. *per totum caput.*

Erubeſcite --- a ſalutantibus de ſilentio: a reſpectu mulieris fornicariæ, & ab averſione vultus cognati. *Ibid.* 41. 25

Omni homini noli intendere in ſpecie: & in medio mulierum noli commorari. *Ib.* 42. 12

Cumque intraſſet (*Judith*) ante faciem ejus, ſtatim captus eſt in ſuis oculis Holofernes, &c. *Judith* 10. 17

Cor autem Holofernis concuſſum eſt: erat enim ardens in concupiſcentia ejus (*Judith.*) *Ib.* 12. 16

Et videbant eam (*Suſannam*) ſenes quotidie ingredientem & deambulantem: & exarſerunt in concupiſcentiam ejus. Et evertentur ſenſum ſuum, &c. *Dan.* 13. 8

Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non mœchaberis. Ego autem dico vobis: quia omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo. *Matt.* 5. 27

Oculos habentes plenos adulterii, & inceſſabilis delicti. 2. *Petr.* 2. 14

Oculus mentis vel intellectus.

ASſumpta parabola ait: Dixit Balaam filius Beor: dixit homo, cujus obturatus eſt oculus: Dixit auditor ſermonum Dei, qui viſionem omnipotentis intuitus eſt, qui cadit, & ſic aperiuntur oculi ejus. *Num.* 24. 8. Pſal. 12. 4. 13. 3. 35. 1. 68. 24

Et non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures quæ poſſunt audire, uſque in præſentem diem. *Deut.* 19. 4

Et dixit: Vade, & dices populo huic: Audite audientes, & nolite intelligere: & videte viſionem, & nolite cognoſcere. *Iſa.* 6. 9. c. 29. 18

Dixit Paulus: Unde rex Agrippa, non fui incredulus cæleſti viſioni: ſed his qui ſunt Damaſci primum & Jeroſolymis, &c. annuntiabam ut pœnitentiam agerent, & converterentur ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes. *Actor.* 26. 19

Illuminatos oculos cordis veſtri, ut ſciatis quæ ſit ſpes vocationis ejus, & quæ divitiæ gloriæ hereditatis ejus in ſanctis, & quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credimus. *Epheſ.* 1. 18. Rom. 11. 8. 10. 1. Joan. 2. 11

Oculus Fidei.

Non contemplantibus nobis, quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna ſunt. 2. *Corinth.* 4. 18. Vide & Apocal. 3. 18

TITULUS XV.

Odium.

Vide & Invidia & inimicitia.

Odium proximi prohibetur.

NOn oderis fratrem tuum in corde tuo. *Lev.* 19. 17
Melius eſt vocari ad olera cum caritate, quam ad vitulum ſaginatum cum odio. *Prov.* 15. 17
Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adverſum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, &c. *Matth.* 5. 23. 24
Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuum odit, in tenebris eſt uſque adhuc. 1. *Joan.* 2. 9. Vide & v. 11
Omnis, qui odit fratrem ſuum, homicida eſt, &c. *Ibid.* 3. 15
Si quis dixerit quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt, &c. *Ib.* 4. 20
Odium ſuſcitat rixas: & univerſa delicta operit caritas. *Prov.* 10. 12

Odio habenda malitia.

QUi diligitis Dominum, odite malum: cuſtodit Dominus animas ſanctorum ſuorum: de manu peccatoris liberabit eos. *Pſal.* 96. 10
Nonne qui oderunt te Domine, oderam: & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? *Ib.* 135. 21
Odite malum, & diligite bonum, & conſtituite in porta judicium. *Amos* 5. 15

Odii Exempla.

Variis locis. *Abimelec & ſocii ejus* Gen. 26. 27. *Eſau* cap. 27. 41. *Chananei* cap. 34. 38. *Fratres Joſeph* cap. 37. 4. *Ægyptii* Exod. 1. 1. *Madianitæ* Num. 25. 17. *Iſraelitæ* Judic. 11. 6. *Cæci & claudi* 2. Reg. 5. 8. *Amnon* c. 13. v. 15. & 22. *Rezon* 3. Reg. 11. 25. *Achab* cap. 22. 8. *Hoſtes Juda* 1. Eſdr. 4. 1. *Aman* Eſther 7. 6. *Hoſtes Davidis* Pſalm. 17. 18. & 24. 19. & 43. 8. & 68. 5. & 15. *Judæi* Amos 5. 10. *Viri quidam iniqui* 1. Mach. 11. 21. *Nicanor* 2. Mach. 14. 19. *Mundus* Joan. 7. 7. & 15. 18. *Vide & Diſſenſio.*

Odium Dei.

NEc facies tibi, neque conſtitues ſtatuam: quæ odit Dominus Deus tuus. *Deut.* 16. 22
Odit Dominus omnes, qui operantur iniquitatem. *Pſa.* 5. 7
Sex ſunt, quæ odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima ejus, &c. *Prov.* 6. 16. *Vide ſpecificata.*
Calendas veſtras, & ſollemnitates veſtras odivit anima mea: &c. *Iſa.* 1. 14
Nolite facere verbum abominationis hujuſcemodi, quam odivi. *Jer.* 44. 4
Juravit Dominus Deus in anima ſua, dicit Dominus Deus exercituum: Deteſtor ego ſuperbiam Jacob, & domos ejus odi, & tradam civitatem cum habitoribus ſuis. *Amos* 6. 8
Et unuſquiſque malum contra amicum ſuum ne cogitetis in cordibus veſtris: & Juramentum mendax ne diligatis: omnia enim hæc ſunt, quæ odi, dicit Dominus. *Zach.* 8. 17

Odium Meſſiæ.

DIlexiſti juſtitiam & odiſti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, &c. *Pſal.* 44. 8. Hebr. 1. 9
Sed hoc habes, quia odiſti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi. *Apoc.* 2. 6

Odium ſine Cauſſa.

NOn ſupergaudeant mihi, qui adverſantur mihi inique: qui oderunt me gratis, & annuunt oculis. *Pſal.* 34. 19
Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. *Ibid.* 68. 5
Sed ut adimpleatur ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt. Quia odio habuerunt me gratis. *Joan.* 15. 25. Pſal. 24. 19

Odium ſalutare propter Deum.

QUi diligitis Dominum, odite malum. *Pſal.* 96. 10
Iniquos odio habui. *Ibid.* 118. 113
Omnem viam iniquam odio habui. *Ibid.* v. 128
Vidi prævaricantes, & tabeſcebam. *Ibid.* v. 158
Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum. *Ibid.* v. 163
Nonne qui oderunt te Domine oderam, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? Perfecto odio oderam illos. *Ibid.* 138. 21
Timor Domini odit malum: arrogantiam, & ſuperbiam, & viam pravam deteſtor. *Prov.* 8. 13
Revertere ad Dominum, & avertere ab injuſtitia tua, & nimis odito execrationem. *Eccli.* 17. 23
Odite malum, & diligite bonum. *Amos* 5. 15
Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non eſt me dignus. *Matth.* 10. 37

Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. *Luc.* 14. 26
Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. *Jo:* 12. 25. Rom. 12. 9

Exitiale in ſeipſum.

Qui autem faciunt peccatum & iniquitatem, hoſtes ſunt animæ ſuæ. *Tob.* 12. 10
Qui autem diligit iniquitatem, odit animam ſuam. *Pſal.* 10. 6

Officium filiorum. Vide filius.

Officium Parentum. Vide Parentes.

Officium Subditorum. Vide Subditus.

TITULUS XVI.

Oleum.

Oleum in lucerna Tabernaculi.

PRæcipe filiis Iſrael ut afferant tibi oleum de arboribus olivarum puriſſimum, piloque contuſum: ut ardeat lucerna ſemper in tabernaculo teſtimonii. *Exod.* 27. 20

Olei uſus.

Facieſque unctionis oleum ſanctum, &c. *Ibid.* 30. 25

TITULUS XVII.

Onus.

Variis locis. ONus pro afflictione Iſa. 13. 1. & 17. 1. & 19. 1. & 21. 1. 11. 13. & 23. 1. & 30. 6. Jerem. 23. 33. 34. 36. 38. Ezech. 12. 10. Zach. 9. 1
Unuſquiſque onus ſuum portabit. *Galat.* 6. 5
Alter alterius onera portate. *Ibid.* v. 2
Propter quod ſuſcipite invicem, ſicut & Chriſtus ſuſcepit vos. *Rom.* 15. 7. Epheſ. 4. 32. Coloſ. 3. 13

TITULUS XVIII.

Opes. Vide & Divitiæ.

Opes a Deo ſunt.

D*ixit Dominus Abraham*: Semini tuo dabo terram hanc. *Gen.* 12. 4. Vide & c. 13. 14. 15. c. 26. 3
Nonne tu (*Deus*) vallaſti eum, ac domum ejus, univerſamque ſubſtantiam per circuitum: operibus manuum ejus benedixiſti, & poſſeſſio ejus crevit in terra? *Job* 1. 10
Dominus autem benedixit noviſſimis Job magis quam principio ejus, &c. *Ibid.* 42. 12
Dives & pauper obviaverunt ſibi: utriuſque operator eſt Dominus. *Prov.* 22. 2
Et omni homini, cui dedit Deus divitias, atque ſubſtantiam, poteſtatemque ei tribuit ut commedat ex eis, & fruatur parte ſua, & lætetur de labore ſuo: hoc eſt donum Dei. *Eccleſ.* 5. 18

Opes nimiæ non appetendæ.

NOli laborare ut diteris: ſed prudentiæ tuæ pone modum. Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere: quia facient ſibi pennas quaſi aquilæ, & volabunt in cælum. *Prov.* 23. 4
Mendicitatem, & Divitias ne dederis mihi (*Deus*): *ſed* tribue tantum victui meo neceſſaria: ne forte ſatiatus illiciar ad negandum & dicam: Quis eſt Dominus? aut egeſtate compulſus furer, & perjurem nomen Dei. *Ibid.* 30. 8
Avarus non implebitur pecunia: & qui amat divitias, fructum non capiet ex eis: & hoc ergo vanitas. *Eccleſ.* 5. 9
Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem; radix enim omnium malorum eſt cupiditas. 1. *Tim.* 6. 9

Opes ſtatim & de repente cum dolo, mendacio, fœnore, & rapinis partæ, inutiles.

Subſtantia feſtinata minuetur: quæ autem paullatim colligitur manu, multiplicabitur. *Prov.* 13. 11
Hereditas ad quam feſtinatur in principio, in noviſſimo benedictione carebit. *Ibid.* 20. 21
Qui congregat theſauros lingua mendacii, vanus & excors eſt, & impingetur ad laqueos mortis. *Ibid.* 21. 6
Qui calumniatur pauperem, ut augeat divitias ſuas, dabit ipſe ditiori, & egebit. *Ib.* 22. 16
Vir fidelis multum laudabitur; qui autem feſtinat ditari, non erit innocens. *Ibid.* 28. 20
Avarus non implebitur pecunia: & qui amat divitias, fructum non capiet ex eis. *Eccleſ.* 5. 9

Opes interdum ſuis dominis ruinam afferunt.

NEc eſt ſatiatus venter ejus: & cum habuerit, quæ concupierat, poſſidere non poterit. *Job* 20. 20
Eſt & alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub ſole: divitiæ conſervatæ in malum Domini ſui. *Eccleſ.* 5. 12. *Vide & totum Caput* 6.

Opifex. Vide Artifex.

TITULUS XIX.

Oppreſſio.

Oppreſſio bonorum in mundo piis deſtinata & perpetua.

IN mundo preſſuram habebitis. *Joan.* 16. 33

Ut nemo moveatur in tribulationibus iſtis: ipſi enim ſcitis, quod in hoc poſiti ſumus. 1. *Theſſ.* 3. 3

In hoc enim vocati eſtis: quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus. 1. *Petr.* 2. 21

Itaque & hi, qui patiuntur ſecundum voluntatem Dei, fideli Creatori commendent animas ſuas in benefactis. *Ibid.* 4. 19

Oppreſſionis bonorum per malos exempla.

CAin nequam & invidus prævaluit adverſus Abel juſtum, & occidit eum. Gen. 4. 8

Sodomitæ animam Loth multipliciter afflixerunt. Ibid. 19. 4. 9

Oderat ergo ſemper Eſau Jacob — dixitque in corde ſuo: Venient dies luctus patris mei, & occidam Jacob fratrem meum. *Unde & compulſus eſt Jacob fugere ad Laban avunculum ſuum. Ibid.* 27. 41. *&* c. 28

Oderantque filios Iſrael Ægyptii, & affligebant illudentes eis: atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum, &c. *Exod.* 1. 13

Abimelech ambiens principatum, occidit ſeptuaginta fratres ſuos. Judic. 9. 5

Saul diu perſecutus eſt David, cui tamen fideliter & utiliter ſerviebat. 1. *Reg.* 18. 11

Abſalom in tantum commovit populum adverſus David, quod compulſus eſt exire Jeruſalem. 2. *Regum* 15. 16

Impiiſſima Jezabel minata & conata eſt, ut occideret hominem Dei Eliam, ita ut ille timens abiret, quocumque eum ferebat voluntas. 3. *Reg.* 19. 2

Rex Iſrael Joram peſſimus, audiens, quod maxima fames eſſet in civitate, miſit virum ad amputandum caput Eliſei. 2. *Reg.* 6. 31

Ad imperium Joas regis Juda, lapidatus eſt Zacharias filius Jojadæ, pro eo, quod arguebat regem & populum, ſculptilibus ſervientes. 2. *Par.* 24. 21

Nabuchodonoſor præcepit Holoferni, ut omnes Deos terræ exterminaret, videlicet ut ipſe ſolus Deus diceretur, propter hoc multa regna deſtruxit, & populum Dei, qui nuper redierat de civitate Babylonis, afflixit. Judith 2.

Aman ſuperbus, crudelis, & impius ita potens fuit, quod pro nihilo habuit procurare necem omnium Judæorum, ſed divina providentia ejus conatibus obviavit. Eſther 3. 6. Vide & c. 4

Et percuſſit Phaſſur Jeremiam Prophetam, & miſit eum in nervum. *Jer.* 20. 2

Hananias prophetavit plane contra illud quod dicebat Jeremias, & tulit catenam ligneam de collo Jeremiæ, & confregit eam, & abiit Jeremias in domum ſuam, quaſi confuſus ab illo Propheta mendace. Ibid. 28

Nabuchodonoſor rex Babylonis Azariam & ſocios ejus in fornacem mitti juſſit, eo quod illi adorare noluerunt ſtatuam, quam ipſe idololatra erexit. Et Daniel bis fuit miſſus in lacum leonum, procurantibus peſſimis hominibus. Dan. 3. 19. c. 6. 16. & c. 13. & c. 14. 29

Antiochus aſcendit Jeroſolymam in multitudine gravi, *cum ſuperbia, & fecit ibi terribilem hominum cædem.* 1. *Mach.* 1.

Bachides & Alcimus proditor, miſſi a rege Demetrio, tantum exercitum produxerunt contra Judam Machabæum, quod ipſe Judas cecidit in bello, & ceteri commilitones ſui fugerunt. Ibid. 9.

Proditor & doloſus Tryphon, qui Dominum ſuum regem Antiochum adoleſcentem dolo occidit, Jonathan & duos ejus filios nequiter interfecit. Ibid. 13

Joannem Baptiſtam, totius exemplar ſanctitatis ad petitionem unius meretricis Herodes, adulter viliſſimus decollavit. Matth. 14. 10

Salvator mundi Dominus noſter Jeſus Chriſtus fuit percuſſus & deluſus ab Anna, Caipha, & Herode tetrarcha, & tandem a Præſide Pilato judicatus & crucifixus, immo ab ipſis latronibus blaſphematus. Ibid. 26. Vide & c. 27. 28. Marc. 15. 19. Luc. 22. 11. Joan. 19. 1

Princeps ſacerdotum & omnes, qui cum illo erant injecerunt manus in Apoſtolos, & poſuerunt eos in cuſtodia publica, *& poſtea fuerunt cæſi, & denuntiatum eſt eis*, ne omnino loquerentur in nomine Jeſu. *Actor.* 5. 18. 40

Quidam Judæi, Commoverunt itaque plebem, & ſeniores, & Scribas, *& rapuerunt Stephanum, & ſtatuentes duos falſos teſtes contra eum, lapidaverunt eum. Ibid.* 6. 12. c. 7. 57

Miſit Herodes rex manus, ut affligeret quoſdam de Eccleſia. Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio, *& inſuper incarceravit Petrum. Ibid.* 12. 1

Judæi autem concitaverunt mulieres religioſas & honeſtas, & primos civitatis, & excitaverunt perſecutionem in Paulum & Barnabam: & ejecerunt eos de finibus ſuis. *Ib.* 13. 50

Cum Paulus & Barnabas eſſent Lyſtris in civitate ita honorati, ut illis homines iſti quaſi diis ſacrificare voluerint; ſupervenerunt quidam Judæi, & perſuaſis turbis lapidantes Paulum, traxerunt extra civitatem, exiſtimantes eum mortuum eſſe. *Ibid.* 14. 10

Qui-

Quidam quæſtuarii ducentes mulierem quamdam pythoniſſam, a qua dæmonium Paulus ejecerat, ita concitaverunt principes & magiſtratus de civitate Philippis, ut Paulus & Silas ſocius ejus juſſi ſint cædi, & in carcerem mitti, & pedes eorum ligno adſtringi. Act. 16. 19. *Vide & Afflictio, & tribulatio.*

Oppreſſores pauperum a Deo punientur.

NOn facias violentiam pauperi quia pauper eſt: neque conteras egenum in porta: quia judicavit Dominus cauſſam ejus, & configet eos, qui confixerunt animam ejus. *Prov.* 22. 22. Vide Amos c. 5. 11

TITULUS XX.

Opus. Vide & bona Opera.

Sumitur pro operis vel mercenarii mercede, & pro præmio.

NOn morabitur opus mercenarii tui apud te uſque mane. *Lev.* 19. 13

Quia ego Dominus diligens judicium, & odio habens rapinam in holocauſto: & dabo opus eorum in veritate, &c. *Iſa.* 61. 8

Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſive bonum, ſive malum. 2. *Cor.* 5. 10

Scientes, quoniam unuſquiſque, quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet a Domino. *Epheſ.* 6. 8

Beati mortui qui in Domino moriuntur; amodo jam dicit ſpiritus, ut requieſcant a laboribus ſuis: opera enim illorum ſequuntur illos. *Apoc.* 14. 13

Dantur opera perfecte bona.

ET retribuet mihi Dominus ſecundum juſtitiam meam, & ſecundum puritatem manuum mearum retribuet mihi: quia cuſtodivi vias Domini, nec impie geſſi a Deo meo. *Pſ.* 17. 21

In omnibus his non peccavit Job labiis ſuis. *Job* 1. 21. Vide 4. Reg. 20. 3

Quoniam omnia judicia ejus in conſpectu meo: & juſtitias ejus non repuli a me. Et ero immaculatus cum eo: & obſervabo me ab iniquitate mea, &c. *Pſ.* 17. 23

Quieſcite agere perverſe, diſcite benefacere. *Iſa.* 1. 16

Iraſcimini, & nolite peccare. *Pſal.* 4. 5. Epheſ. 4. 26

In multis enim (*non tamen in omnibus*) offendimus omnes. *Jac.* 3. 2

Omnis, qui natus eſt ex Deo, peccatum non fecit: quoniam ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt. 1. *Joan.* 3. 9. c. 5. 18

Satagite, ut per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis: hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. 2. *Petr.* 1. 10. 1. Joan. 3. 6. *Vide ſub Tit. Lex. Exempla eorum qui perfecte impleverunt legem.*

Obſecro Domine, memento quæſo quomodo ambulaverim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis fecerim. *Iſa.* 38. 2

Opera bona commendantur.

JAm enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. *Matth.* 3. 10. Luc. 3. 9

Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt. *Ibid.* 5. 16

Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. Non poteſt arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere. *Ibid.* 7. 17. Vide c. 12. 33

Creati (*ſumus*) in Chriſto Jeſu in operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus. *Epheſ.* 2. 10. 1. Tim. 6. 18

(*Chriſtus*) dedit ſemetipſum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. *ad Tit.* 2. 14. *Vide tot. cap.*

Fidelis ſermo eſt: & de his volo te confirmare: ut curent bonis operibus præeſſe, qui credunt Deo. *Ibid.* 3. 8

Diſcant autem & noſtri bonis operibus præeſſe ad uſus neceſſarios, ut non ſint infructuoſi. *Ibid.* v. 14

Ut non ſegnes efficiamini, verum imitatores eorum, qui fide & patientia hereditabunt promiſſiones. *Hebr.* 6. 12

Et conſideremus invicem in provocationem caritatis, & bonorum operum. *Ibid.* 10. 24

Cariſſimi, obſecro vos &c. abſtinere vos a carnalibus deſideriis — converſationem veſtram inter gentes habentes bonam, ut — ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum. 1. *Petr.* 2. 11. c. 1. *per totum.*

Fratres magis ſatagite, ut per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis. *Ibid.* 1. 10

Opera bona ſunt neceſſaria ad ſalutem.

SI enim dimiſeritis hominibus peccata eorum: dimittet & vobis Pater veſter cæleſtis delicta veſtra. Si autem non dimiſeritis hominibus: nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. *Matth.* 6. 14. Vide Matth. 18. 33. Marc. 11. 25. Eccli. 28. 34. 5

Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: ſed qui facit voluntatem Patris mei. *Matth.* 7. 21. Luc. 6. 46

Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata. *Ibid.* 19. 17

Diſcedite a me maledicti in ignem æternum --- Eſurivi enim, & non dediſtis mihi manducare; ſitivi, & non dediſtis mihi potum, &c. *Ibid.* 25. 41

Legiſperitus interrogavit Jeſum: Quid faciendo vitam æternam poſſidebo? --- Diliges Dominum Deum tuum --- & ex tota anima tua, &c. & proximum tuum ſicut te ipſum: *Tunc Chriſtus ait*: Hoc fac, & vives. *Luc.* 10. 25

Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis. *Ibid.* 13. 3

Si hæc ſcitis, beati eritis, ſi feceritis ea. *Joan.* 13. 17

Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis. *Ibid.* 15. 14

Si autem ſpiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. *Rom.* 8. 13

Cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini. *Philip.* 2. 12

Nam ſi commortui ſumus, & convivemus: ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus, &c. 2. *Tim.* 2. 11

Quid proderit fratres mei ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? numquid poterit fides ſalvare eum? *Jac.* 2. 14

Patientia enim vobis neceſſaria eſt: ut voluntatem Dei facientes reportetis promiſſionem. *Hebr.* 10. 36

Operum merita & retributio ſeu merces. Vide, & Bonis operibus ex caritate factis debetur meritum: item, merces: item, Meritum bonorum operum: item, Fructus Operis boni.

QUia tu (*Domine*), reddes unicuique juxta opera ſua. *Pſal.* 61. 12

Inclinavi cor meum ad faciendas juſtificationes tuas, propter retributionem. *Ib.* 118. 112

Impius facit opus inſtabile: ſeminanti autem juſtitiam merces fidelis. *Prov.* 11. 18

Da mercedem ſuſtinentibus te, ut Prophetæ tui fideles inveniantur: & exaudi orationes ſervorum tuorum. *Eccli.* 36. 18

Dicite juſto quoniam bene, quoniam fructuum adinventionum ſuarum comedet. Væ impio in malum: retributio enim ejus fiet ei. *Iſa.* 3. 10

Loquitur de Noe David, Daniel & Job: ipſi juſtitia ſua liberabunt animas ſuas. *Ezech.* 14. 20

Beati eſtis, cum maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adverſum vos mentientes, propter me: gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis: ſic enim perſecuti ſunt Prophetas, qui fuerunt ante vos. *Matth.* 5. 11

Et quicumque potum dederit uni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine diſcipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam. *Ibid.* 10. 42

Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis: & tunc reddet unicuique ſecundum opera ejus. *Ibid.* 16. 27

Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno. *Ibid.* 25. 34

Tunc dicet rex his, qui a dextris ejus erunt: Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum a conſtitutione mundi. Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare, &c. *Ib.* 25. 34

Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram (*Dei*) in die iræ, & revelationis juſti judicii Dei, qui reddet unicuique ſecundum opera ejus. *Rom.* 2. 5

Unuſquiſque autem propriam mercedem accipiet, ſecundum ſuum laborem. 1. *Cor.* 3. 8

Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſive bonum, ſive malum. 2. *Cor.* 5. 10

In reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die juſtus judex: non ſolum autem mihi, ſed & his qui diligunt adventum ejus. 2. *Tim.* 4. 8

Non enim injuſtus Deus: ut obliviſcatur operis veſtri, & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtraſtis ſanctis, & miniſtratis. *Hebr.* 6. 10

Nolite itaque amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem. *Ibid.* 10. 35. c. 11. 26

Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. *Jac.* 1. 12

Videtis, quoniam ex operibus juſtificatur homo, & non ex fide tantum? *Ibid.* 2. 24

Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt, reddere unicuique ſecundum opera ſua. *Apoc.* 22. 12

Opera mala Deo diſplicent, & pœnam merentur.

CUi dixit Dominus: Quis enim indicavit tibi, quod nudus eſſes, niſi quod de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, comediſti? *Gen.* 3. 11

Nonne ſi bene egeris (*Cain*) recipies? ſin autem male, ſtatim in foribus peccatum aderit? *Ibid.* 4. 7

Videns autem Deus, quod multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore. Pœnituit eum, quod hominem feciſſet in terra. *Ibid.* 6. 5

Adhuc enim & poſt dies ſeptem ego pluam ſuper terram --- & delebo omnem ſubſtantiam, &c. *propter peccatum. Ibid.* 7. 4

Quicumque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus eſt homo. *Gen.* 9. 6

In ædificatione turris Babel, ſuperborum faſtum, & lingua confunditur. Ibid. 11

Maſculus, cujus præputii caro circumciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo: quia pactum meum irritum fecit. *Ibid.* 17. 14

Dixit itaque Dominus: Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus eſt, peccatum eorum aggravatum eſt nimis. *Ibid.* 18. 20. c. 19. 11

Igitur Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur & ignem a Domino de cælo. *Ibid.* 19. 24. Reſpicienſque uxor ejus (*Loth*) poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis. Ibidem verſ. 26.

Venit autem Deus ad Abimelech per ſomnium nocte, & ait illi: En morieris propter mulierem quam tuliſti (*ſcilicet Saram uxorem Abrahæ*): habet enim virum. *Ibid.* 20. 3

Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem noſtrum &c. idcirco venit ſuper nos iſta tribulatio. *Ibid.* 42. 21. Vide & c. 44. 16

Clamor ergo filiorum Iſrael venit ad me: & vidi afflictionem eorum, qua ab Ægyptiis opprimuntur, *& liberavit filios Iſrael & Ægyptios punivit.* Exod. 3. 9

Moyſes & Aaron ad Pharaonem loquuntur, virgam vertunt in ſerpentem, & aquam virga percuſſam in ſanguinem, quæ etiam faciunt Magi Pharaonis ſuis incantationibus, quam ob cauſſam Pharao magis induratur. Exod. c. 7. *Secunda Ægyptiorum plaga eſt ranarum. Tertia eſt Ciniphes. Quarta eſt Muſcarum propter quas rurſum promittit Pharao ſe filios Iſrael dimiſſurum, quod non fecit.* Ibid. c. 8. *Quinta plaga eſt peſtis in jumentis. Sexta Ulcerum. Septima grandinis, ad quam promittit Pharao ſe dimiſſurum populum, ſi ceſſet, verum nec id complet: nullus autem filiorum Iſrael in his malis aliquid patitur mali.* Ibid. c. 9. *Octava plaga, eſt locuſtarum. Nona, eſt Tenebrarum denſiſſimarum. Decima erat, ut omne primogenitum hominum, & jumentorum moreretur.* Ibid. c. 10. *Ob vitulum adoratum Moyſes Dominum precatur, tabulas frangit, vitulum comburit, & Aaron objurgato Idololatras occidi jubet, cæteriſque veniam impetrat.* Ibid. c. 32

Cui reſpondit Dominus. (*Moyſi*) Qui peccaverit mihi, delebo eum de libro meo. *Ib.* v. 33 Lev. 10. 12. *Et deinceps per omnes ſacræ ſcripturæ libros.*

Opera bona Deo grata ſunt & præmium merentur.

Vide & Bona Opera.

ABel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui & de adipibus eorum: & reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus. *Gen.* 4. 4. Nonne ſi bene egeris recipies: ſin autem male, ſtatim in foribus peccatum (*tuum*) aderit? Ibid. v. 7

Ambulavitque cum Deo (*Enoc*) & non apparuit: quia tulit eum Deus. *Ibid.* 5. 24

Noe vero invenit gratiam coram Domino. Hæ ſunt generationes Noe: Noe vir juſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulavit. *Ibid.* 6. 8

Ædificavit autem Noe altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare. Odoratuſque eſt Dominus odorem ſuavitatis, & ait: Nequaquam ultra maledicam terræ propter homines: ſenſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua: non igitur ultra percutiam omnem animam viventem ſicut feci. *Ibid.* 8. 20

Vocavit autem Angelus Domini Abraham ſecundo de cælo dicens: Per memetipſum juravi, dicit Dominus: quia feciſti hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me: benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & velut arenam quæ eſt in litore maris: poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum. Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obediſti voci meæ. *Ibid.* 22. 15. Exod. 1. 20. 20. 1

Et multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli: daboque poſteris tuis univerſas regiones has: & benedicentur in ſemine tuo omne gentes terræ. *Ibid.* 26. 4. Exod. 1. 20. 20. 1

Quod ſi audieris vocem ejus, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. *Exod.* 23. v. 22. 25

Nolite contaminare animas veſtras, nec tangatis quidquam eorum, ne immundi ſitis. Ego enim ſum Dominus Deus veſter: Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum. Ne polluatis animas veſtras in omni reptili, quod movetur ſuper terram. Ego enim ſum Dominus, qui eduxi vos de terra Ægypti, ut eſſem vobis in Deum. *Levit.* 11. 43. *Et ſic deinceps per totam Scripturam.*

Operari bene propter mercedem, & retributionem, licitum eſt.

INclinavi cor meum ad faciendas juſtificationes tuas in æternum, propter retributionem. *Pſal.* 118. 112

Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis. *Matth.* 5. 12

In reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die juſtus judex, non ſolum autem mihi, ſed & his qui diligunt adventum ejus. 2. *Tim.* 4. 8

Quodcumque facitis, ex animo operamini --- ſcientes quod a Domino accipietis retributionem. *Coloſſ.* 3. 22

Fide Moyſes grandis factus, &c. majores divitias æſtimans theſauro Ægyptiorum, impro-
perium Chriſti: aſpiciebat enim in remunerationem. *Hebr.* 11.24

Operari bene Iram Dei placat.

BOnas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra: & habitabo vobiſcum in loco iſto. *Jerem.* 7.3.
c. 26.13

Qui benefacit, ex Deo eſt. 3. *Joan.* 11

Proximum ædificat.

SIc luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem
veſtrum, qui in cælis eſt. *Matth.* 5.16

Tantum autem auditum habebant: quoniam qui perſequebatur nos aliquando, nunc evan-
gelizat fidem, quam aliquando expugnabat; & in me clarificabant Deum. *Gal.* 1.23

Præmium præparat.

ET cognovi, quod non eſſet melius lætari, & facere bene in vita ſua. *Ecclef.* 3.12

Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illud operatur, ibit cum illo. *Eccli.* 14.20

Voca operarios, & redde illis mercedem. *Matth.* 20.8

Gloria & honor, & pax omni operanti bonum. *Rom.* 2.10

Unuſquiſque autem propriam mercedem accipiet, ſecundum ſuum laborem. 1. *Cor.* 3.8

Qui parce ſeminat, parce & metet. 2. *Cor.* 9.6

Beati mortui qui in Domino moriuntur. Opera enim illorum ſequuntur illos. *Apoc.* 14.13

Licet operari bene propter metum gehennæ.

TImete eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam. *Matth.* 10.28

Timete Dominum &c. quia venit hora judicii ejus. *Apoc.* 14.7

Confige timore tuo carnes meas: a judiciis enim tuis timui. *Pſal.* 118.120

Initium ſapientiæ timor Domini. *Ibid.* 110.10. Prov. 1.7. Eccli. 1.16

Opera ſupererogationis ſeu conſilia Evangelica dantur.

D*Icit Chriſtus de caſtitate voluntaria*: Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum
eſt. Sunt enim Eunuchi --- qui ſeipſos caſtraverunt propter regnum cælorum. Qui
poteſt capere capiat. *Matth.* 19.11

De Virginibus autem præceptum Domini non habeo: conſilium autem do. 1. *Cor.* 7.25.
Bonum eſt homini mulierem non tangere. v. 1. Dico autem non nuptis & viduis: bonum
eſt illis ſi ſic permaneant, ſicut & ego. v. 8. Volo enim omnes vos eſſe ſicut me ipſum. v. 7.
Igitur & qui matrimonio jungit virginem ſuam, bene facit, & qui non jungit, melius fa-
cit. v. 38. -- Cui vult, nubat, tantum in Domino. v. 39. Beatior autem erit, ſi ſic per-
manſerit ſecundum meum conſilium: puto autem, quod & ego ſpiritum Dei habeam. v. 40.
Vide totum caput.

De paupertate voluntaria dicit Chriſtus: Non volo, non jubeo, ſed Si vis perfectus eſſe, vade,
vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo: & veni, ſequere me.
Matth. 19.21. *Hoc conſilium perfectionis eſſe, non autem præceptum ad ſalutem patet ex verbis Chriſti;
qui interroganti juveni, quid faciam, ut ſalvus fiam? reſpondit* v. 17. Si autem vis ad vitam in-
gredi, ſerva mandata: *Ubi oſtendit mandatorum obſervationem ſufficere ad ſalutem, deinde ſubjungit:*
Si vis perfectus eſſe, *id eſt, ſi non es contentus æterna vita, ſed ſi in ea cupis aliquem præſtantio-
rem locum, ſi vis facere opus ſupererogationis:* Vade, vende omnia, &c.

Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem &c.
propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. *Ibid.* v. 29

Opera Mortificationis.

COnvertimini ad me in toto corde veſtro, in jejunio, & in fletu, & in planctu. *Joel.* 2.12

Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo. 1. *Cor.* 9.27

Mortificate ergo membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram. *Coloſſ.* 3.5

Job egit pœnitentiam in favilla & cinere. *Job* 42.6

Et jejunavit David jejunio, & ingreſſus ſeorſum, jacuit ſuper terram. 2. *Reg.* 12.16

Achab rex operuit cilicio carnem ſuam, jejunavitque & dormivit in ſacco &c. Et factus eſt
ſermo Domini ad Eliam --- quia igitur humiliatus eſt mei cauſſa, non inducam malum in
diebus ejus. 3. *Reg.* 21.29. *Sic Ninivitæ* Jonæ c. 3. a v. 5. *uſque ad finem.*

Operum bonorum commemoratio.

OBſecro Domine, memento quæſo quomodo ambulaverim coram te in veritate, & in cor-
de perfecto, & quod placitum eſt coram te, fecerim. 4. *Reg.* 20.4. Iſa. 38.3

Et retribuet mihi Dominus ſecundum juſtitiam meam: & ſecundum puritatem manuum mea-
rum retribuet mihi: quia cuſtodivi vias Domini, nec impie geſſi a Deo meo, &c. *Pſ.* 17.21

Memento Domine David, & omnis manſuetudinis ejus. *Ibid.* 131.1

Operatio domeſtica.

Operationis domeſticæ modus bonus.

ET poſuit eum (*Dominus hominem*) in Paradiſo voluptatis, ut operaretur, & cuſtodiret il-
lum. *Gen.* 2.15

In ſudore vultus tui veſceris pane (*tuo*). *Gen.* 3.19

Emiſit eum Dominus Deus (*hominem*) de Paradiſo voluptatis ut operaretur terram. *Et ſic
videre licet, quod Deus hominem voluerit operari in ſtatu innocentiæ, & poſt peccatum. Ibid.* 2.23

Qui obſervat ventum, non ſeminat: & qui conſiderat nubes, numquam metet. *Ecclef.* 11.4

Qui tenet aratrum &c. Omnes ii in manibus ſuis ſperaverunt, & unuſquiſque in arte ſua
ſapiens eſt. *Eccli.* 38.26. Sine his omnibus non ædificatur civitas. Ib. v. 35.

Fructus. Vide ſub Tit. Panis: Panis labore comparandus; item otium vitandum.

QUi operatur terram ſuam, ſatiabitur panibus: qui autem ſectatur otium, ſtultiſſimus eſt.
Prov. 12.11

Qui operatur terram ſuam, inaltabit acervum frugum. *Eccli.* 20.30

Servus, qui accepit quinque talenta, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque, *com-
mendatus eſt a Domino*: ſimiliter & qui duo acceperat, & lucratus eſt alia duo. *Alius autem,
qui unum accepit, & non multiplicavit, & inutiliter reſervavit, reprobatus fuit. Matth.* 25.19

Quoniam ſi quis non vult operari, nec manducet. 2. *Theſſ.* 3.10

Paulus apud Corinthios manebat, quia ejuſdem erat artis — & operabatur *manibus*. *Act.* 18.3.
Vide 2. Theſſ. 3.8. 1. Cor. 4.12. 1. Theſſ. 2.9. Actor. 20.34

Ut cum ſilentio operantes, ſuum panem manducent. 2. *Theſſ.* 3.12

Non in quolibet opere homo peccat.

QUapropter fratres magis ſatagite, ut per bona opera certam veſtram vocationem & ele-
ctionem faciatis. 2. *Petr.* 1.20

Omnis, qui in eo manet, non peccat: & omnis, qui peccat, non vidit eum, nec co-
gnovit eum. 1. *Joan.* 3.6. Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit: quoniam ſemen
ipſius in eo manet, & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt. Ibid. v. 9

Scimus, quia omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat; ſed generatio Dei conſervat eum,
& malignus non tangit eum. *Ibid.* 5.18

Opera bona quæ ſunt. Vide Bona Opera.

Opera a nobis proximo exhibita, tamquam ſibi facta reputat Deus, ſive bona ſint, ſive mala.

CUi exprobraſti, & quem blaſphemaſti, & ſuper quem exaltaſti vocem, & levaſti altitu-
dinem oculorum tuorum? Ad ſanctum Iſrael. *Iſa.* 37.23

Et bellabunt adverſum te (*o Jeremia*) & non prævalebunt; quia ego tecum ſum, ait Do-
minus, ut liberem te. *Jer.* 1.19

O Sion, fuge quæ habitas apud filiam Babylonis: quia hæc dicit Dominus exercituum:
Poſt gloriam miſit me ad gentes, quæ ſpoliaverunt vos: qui enim tetigerit vos, tangit pu-
pillam oculi mei. *Zach.* 2.7

Amen dico vobis, quamdiu feciſti uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.
Matth. 25.40

Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſtum
peccatis. 1. *Cor.* 8.12. Actor. 9.5

T I T U L U S XXI.

Opinio.

Opiniones hominum, & cogitationes frequenter ſunt erroneæ.

ARreptiſque Nadab & Abihu filii Aaron thuribulis, impoſuerunt ignem, & incenſum
deſuper, offerentes coram Domino ignem alienum: quod eis præceptum non erat.
Levit. 10.1

Nec ſequantur cogitationes ſuas. *Num.* 15.39

Non facies ibi (*ſcilicet Idololatriam*) quæ nos hic facimus hodie, ſinguli quod ſibi rectum
videtur. *Deut.* 12.8

Cumque audierit verba juramenti hujus, benedicat ſibi in corde ſuo, dicens: Pax erit mi-
hi, & ambulabo in pravitate cordis mei; &c. *Ibid.* 29.19. 1. Reg. 15.9. 2. Reg. 6.8

Via ſtulti recta in oculis ejus: qui autem ſapiens eſt; audit conſilia. *Prov.* 12.15

Eſt via, quæ videtur homini juſta: noviſſima autem ejus deducunt ad mortem. *Ib.* 14.12

Omnis via viri recta ſibi videtur: appendit autem corda Dominus. *Ibid.* 21.2

Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. *Iſa.* 5.21. Prov.
3.7. Iſa. 7.12

Qui dicebas (*Lucifer*) in corde tuo: in cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſo-
lium meum, ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis, &c. *Ibid.* 14.13

Non enim cogitationes meæ, cogitationes veſtræ: neque viæ veſtræ, viæ meæ, (*ſunt*) dicit
Dominus. *Ibid.* 55.8. Matth. 3.14

Et aſſumens eum Petrus, cœpit increpare illum, dicens: Abſit a te Domine; non erit ti-
bi hoc, (*ſcilicet ut adeas Jeruſalem, & talia patiaris a Scribis & Phariſæis*) *Matth.* 16.22. Idem
Marc. 8.32. *verbatim*. Joan. 12.4

Dicit ei Petrus; Non lavabis mihi pedes in æternum. Reſpondit ei Jeſus: Si non lavero
te, non habebis partem mecum. *Joan.* 13.8